BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XXXIX
C
8
NAPOLI

150. 78.

XXXIII 56 — 8

Digitized by Google

PHILARGYRII CANTABRIGIENSIS EMENDATIONES IN MENANDRI ET PHILEMONIS RELIQUIAS,

Ex nupera Editione

JOANNIS CLERICI.

Ubi quædam GROTII *& aliorum,*

plurima verò

PHILELEUTHERI LIPSIENSIS

Errata caſtigantur.

Cum Præfatione

JOAN. CLERICI.

Eſt genus hominum, qui eſſe primos ſe omnium rerum volunt, Nec ſunt. Terentius.

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE III NAPOLI

AMSTELODAMI,

Apud HENRICUM SCHELTE.

MDCCXI.

Digitized by Google

JOANNIS CLERICI

PRÆFATIO.

I. CUM in Præfatione Tomi XXI. *Bibliothecæ Selectæ* ſcripſerim, fore fortaſſe ut non nemo, cujus nomen non edidi, nec opus eſt nunc me edere, *Phileleutherum Lipſienſem*, me tacente, caſtigaret; credent fortè Lectores me *Philargyrium Cantabrigienſem* intellexiſſe, quem huic negotio operam navare ſcirem. At Deum teſtor me de hoc libello nihil antea inaudiviſſe, quàm ad me, cùm domo abeſſem, ab ignoto homine adferretur; neque auctorem mihi notum eſſe, quod equidem ſciam; nec conjecturâ me nunc adſequi, quis tandem ſit, poſſe. Sed quiſquis ſit, docti & probi viri partes egit; qui cùm videret *Phileleutherum* conviciatori indocto operam ſuam adjunxiſſe, ut immerentem infamaret; æquitati & humanitati opem veluti tulerit, ut iniquitatem & ſuperbiam intolerandam *Thraſonidis* Grammatici retunderet. Nihil enim fortè umquam, ſi *Gitoniana* commenta exceperis, plenius calumniis & typho grammatiſtico tumidius, quàm Emendationes *Phileleutheri*, prodiit; intererátque Reipublicæ Litterariæ aliquem in ea inveniri, qui oſtenderet Litteratos omnes non ita inſanire, ut propudioſa ejuſmodi facta probarent. Alioquin homines minùs periti hanc indolem omnibus, qui humaniores Litteras colunt, fortè tribuiſſent, ſi Litterati omnes tacuiſſent. Intererat etiam, vel exempli causâ, eſſe qui liberâ indignatione ejuſmodi flagitia, non grammatiſtica tantùm, ſed contra bonos mores, coërceret; ne in

 poſte-

poſterum impunitate ejuſmodi furor ſerperet, & ubique tandem graſſaretur. Liceat hîc uſurpare *Menandri* noſtri verba ex Adelphis:

Εἴπερ τὸν ἀδικοῦντ' ἀσμένως ἠμύνετο
Ἕκαστος ἡμῶν καὶ συνηγωνίσατο
Ἴσως νομίζων ἴδιον εἶναι τὸ γεγονὸς.
Ἀδίκημα, καὶ συνέπραττον ἀλλήλοις πικρῶς,
Οὐκ ἂν ἐπὶ πλεῖστον τὸ κακὸν ἡμῖν ἠύξατο
Τὸ τῶν πονηρῶν, ἀλλὰ παρατηρούμενοι
Καὶ τυγχανοντες ἧς ἔδεε τιμωρίας
Ἦτοι σπάνιοι σφόδρ' ἦσαν, ἢ πεπαυμένοι.

Non ſequimur hîc emendationes *Phileleutheri*, cujus rei rationes poſtea aperientur, qui nullam veri & æqui rationem uſquam habuit. Quod ex ſola infamis libelli lectione ſatis liquebat, ſed ex *Philargyrii* noſtri opuſculo in apertiore luce jam collocatum eſt.

Paſſim hîc videbis, LECTOR, malam fidem & malignitatem *Phileleutheri*, erga me & *Grotium*, violentas emendationes, corruptionéſque manifeſtas *Menandri* & *Philemonis* reliquiarum, ſententias verſuum perſpicuas, & elegantes inſcitiâ depravatas, modorum, cujus notitiâ tantopere ſe *Thraſonides* jactat, aut non intellectam, aut vitiatam menſuram, dum alios ejus delicti inſimulat, vocúmque & loquutionum Græcarum, quas non adſequutus eſt, temerariam mutationem, ac damnationem, jactantiáſque hominis inſolentes, & ſuperbas egregiè caſtigatas. Condîta hæc omnia ſunt, fateor, nonnullo ſale; ſed inhumano Scriptori, & qui conviciatori ac mendaci ſociam operam navarit, aliter reſponderi par non erat; vel ut intelligeret, ſuâ ipſius experientiâ, non fuiſſe *Hug. Grotium*, ceteróſque homines eruditiſſimos, (ne mei mentionem hîc ullam faciam) ita invadendos, quemadmodum fecit. Certè nullo jure queri poterit

rit *Phileleutherus*, ita ſe haberi ab aliis, quemadmodum ipſe alios habuit.

Sed præterea acutiſſimas conjecturas, de multis *Menandri* & *Philemonis* locis, hîc legere licebit; nam non ſatis habuit *Philargyrius* caſtigare *Phileleutherum*, ſed paſſim meliora dedit. Hac in re, ſæpe à me & *Grotio* diverſus abiit, & quidem jure ſuo; quo virum doctiſſimum uſum eſſe tantùm abeſt, ut ægrè feram, ut contrà vehementer gaudeam ac probem; cùm comiter & humanè, ut Litterarum veros cultores decet, hac in re, ſe ſe geſſerit, eadémque operâ ſe, benevolentiâ cæcâ, erga me nullo modo præpeditum fuiſſe liquidò oſtenderit. Numquam aliorum diſſenſu, offendor, qui à me abire eodem jure poſſunt, quo ego ab ipſis ſoleo; ſolâ inhumanitate & malignitate nonnihil commoveri me fateor. Itaque eruditiſſimo *Philargyrio* gratias ago, non minùs quàm doctiſſimo *Ant. Mariæ Salvinio*, eorúmque conjecturis, ut par eſt, in altera Editione, ſi quando fiat, Fragmentorum *Menandri* & *Philemonis*, utar. Vel ex ipſis inimicis, quæcumque ſit eorum acerbitas, utilitas capi poteſt, nedum ut amicis admonitionibus uti nequeamus.

Sed quemadmodum *Philargyrio* licuit, licétque per me quod ſentiret dicere: mihi quoque diſſentiendi jus incolume eſſe volo. Interdum mihi videtur plus æquo *Phileleuthero* concedere, interdum conjecturis aliquantò plus tribuere, quàm neceſſe erat, in laceris fragmentis; quæ multò ſatius eſt talia relinquere, qualia ſunt in Grammaticis, aliiſque, quàm refingere incertis hariolationibus velle; cujus rei rationes poſtea proferam. Interim nihil eſt quod ei exprobret *Thraſonides*, qui omnia pro arbitrio mutat, non tranſpoſitis modò, ſed & additis ac reſectis verbis, iiſque, prout libet, interpolatis, & ineptos ſenſus nobis, quaſi *Menandri* & *Philemonis* ſententias, putidè ob-

obtrudit, ubi, ſine mutatione ulla, ſunt egregiæ, haud ſecus ac ſi in ſomnis gemini Poëtæ homini quid olim à ſe ſcriptum eſſet aperuiſſent. Nuſquam ulla modeſtia, aut dubitatio in rejiciendo, vel adfirmando; omnia, quaſi ex tripode, pronunciantur. Poſſis propemodùm hinc hominum agnoſcere, neque enim, alter, ut opinor, Criticus tantâ audaciâ & φιλαυτίᾳ occæcatus, hodie vivit.

II. Satis mihi conſtat non eſſe *Lipſienſem*, quamvis ita ſe ſe vocitet. Nec Lipſia, nec Germania tota tam ferocem Pædagogum alit. Non opus eſt, me dicere quæcumque hac de re, non ex rumoribus tantùm, qui fallere poſſunt, ſed ex aliis certis indiciis, amicorúmque Litteris comperi. Lateat per me licet, cùm larvam deponere nequeat, niſi eadem operâ oſtendat, quàm indecoram ſibi perſonam agere ſuſtinuerit, & quàm immerentem, imò contraria omnia de ſe meritum, invaſerit. Hic cum *Thraſonide* Grammatico agam, quaſi cum ſannione, quales erant in ſatyricis Græcorum poëmatibus, neglecto eo qui infamem hanc perſonam induit. Ignoſcere homini poſſum, ut reverâ ignoſco; ſed factum improbare, quàm ſit homine docto, & probo indignum, & quàm ineptiat ſub perſona oſtendere mihi, niſi fallor, licebit.

Ita hîc ſe geſſit, quaſi *Grotii*, & meis delictis, imò & multorum aliorum doctiſſimorum virorum, *Scaligeri* putà, *Caſauboni*, *Salmaſii*, *Joan. Frid. Gronovii*, &c. παροράμασι exagitandis famam ſibi, ſi quando larvam abjicere videretur, comparare poſſet. Se quaſi truculentum Pædagogum in cathedra ſedentem, ferulâque grammatiſticâ omnibus plagas intendentem conſtituit. Sed ſi

—— vitia ultima fictos
Contemnunt Scauros & caſtigata remordent;

non

non eſt quod ſperet, ſe impunè bonis & eruditis viris, laborúmque præſtantiâ & multitudine omnibus, ad hunc uſque diem, reverendis & laudatis, inſultare poſſe; qui nihil præſtitit, quod ullo modo ſit eorum vigiliis æquiparandum. De me non loquor, cùm poſſim tamen quovis pignore contendere *Thraſonidem* (quidni enim verum dicam?) ne decimam quidem partem laborum poſſe Reipublicæ Litterariæ imputare, eorum quos ſubii & perfeci eo animo, ut ei utilis eſſem; quo ſucceſſu, non dicam; dicent alii, qui iis quotidie utuntur. Quod ſi tamen contrà oſtenderit ſe plura præſtitiſſe, otiique ſui meliorem rationem reddere poſſe, iis quos dixi; paratum me eſſe ſciat palam ei ſatisfacere & errorem, hac in re, meum agnoſcere. Tum verò *Phileleutherum*, non Lipſienſem, ſed *** meliora quàm *Scaligerum*, *Caſaubonum*, *Salmaſium*, *Grotium*, & *Joan. Fr. Gronovium*, in lucem emiſiſſe, & φιλοπονώτερον multò eſſe, quàm putavi, candidè prædicabo. Sin minùs, læſæ doctiſſimorum virorum, & meæ exiſtimationi ſatisfaciat, oſtendátque ſe meliùs de me, iiſque ſentire, & temerè ſe eos momordiſſe fateatur. Interea patiatur me cum ipſo agere, ut cum Pædagogo, qui otio ſuo, in carpendiis iis, quorum eruditionem deberet revereri, & erroribus nullius momenti (ſi tamen errores ſunt, quos dicit) iis, quos meliore labore occupatos eſſe novit, exprobrandis abutatur. Dum occultus erit, quæcumque dicentur accipiat quaſi dicta in Pædagogum, cujus perſonam agit; cui ſi diſſimilis eſt, ei gratulor; ſi ſimilis, jure meo uſum eſſe intelligat, & melior fiat, amicóque me, ſi velit, poſthac utatur.

Cæcus ſit qui non videat ab homine virulentum calamum in me ſtrictum eſſe, ut non modò quæ in *Philemonem* & *Menandrum* ſcripſi, ſed cetera omnia, quæ aliquando in publicam lucem emiſi, in contem-

tum adduceret, méque ineptiſſimum & ſtupidiſſimum mortalium eſſe evinceret. Sed & ſimul bardos ac ſtultos eſſe omnes, à quibus non ſunt improbata, oſtendere ſe poſſe ſperare hominem oportuit. Quo verò œſtro percitus hæc facere adgreſſus ſit, non opus fuit ut diu quærerem. Præter inſitam ſuperbiam, quâ ſe omnibus longè doctiorem putat, ineſt homini (ſi ſimilis ſit perſonæ quam agit) ſingularis inhumanitas, contendendi ac calumniandi ſumma libido, φιλαυτία intoleranda; ad quæ acceſſere odium temerè conceptum & graviſſima invidia, quæ in parum generoſo animo, benevolentiâ nonnullâ bonorum & eruditorum, fortè etiam Nobilium Virorum, & exiſtimatione ſummo labore partâ, accenſa eſt. Nec in me tantùm ſed in ſummos quoſque, in humanioribus Litteris, viros, præſertim *Hug. Grotium* exarſit; quaſi nonniſi ſtulti & imperiti eſſet bene de *Grotio*, aliiſque ſenſiſſe, & in *Grotii* præſertim, ut Græcæ Linguæ, artiúmque Criticæ & Poëticæ periti, judicio adquieviſſe. Itaque ut me omni exiſtimatione, quantulacumque ſit, ſpoliaret, me Grotianæ famæ ruinis opprimere conatus eſt; ut in utriuſque ruderibus tropæum ſtatueret, quotieſcumque ei luberet dicere: EGO SUM THRASONIDES ILLE, QUI SOLUS SAPIO, NEC CLERICUM TANTUM, SED ET GROTIUM SPIRITU DIFFLAVI. Non eſt hic tironis, in ſe ſe jactando, calumniandóque conatus. *Thraſonides* noſter hanc artem dudum exercet, nec, licèt probè cæſus, adhuc dediſcere potuit; nam milites glorioſi nullis verberibus compeſci poſſunt. Elephantino corio tecti, nihil animadvertunt, aut ſentiunt. Sponſionem facere poſſim, nî calumniæ & ſuperbiæ jam ſit inſimulatus & convictus, modò nomen ſuum edat.

III. Antequam de *Grotio* plura dicam, & de meo labore etiam agam, oportet hîc in memoriam

Gi-

Gitoni & *Thraſonidi* revocem antiquiſſimi juris normam; quâ quiſquis legem alii ſibi pari fert, eamdem ipſe ſibi ſcribere cenſetur. Nihil poſſet fingi iniquius, quàm ſi *Thraſonides*, & *Giton* legem *Grotio* & *Clerico* imponerent, quam ipſi admittere nollent; ſi delicta, exempli cauſâ, iis exprobrarent, qualia & quibus etiam majora admitterent, quorum tamen à ſe rationem repeti nollent. Edicto Prætoris, apud Romanos, ſancitum erat, *quod quiſque juris in alterum ſtatuiſſet, ut ipſe eodem jure uteretur;* quod, ut ait *Ulpianus* in eo titulo, *ſummam habet æquitatem, & ſine cujuſquam indignatione juſta. Quis enim aſpernabitur idem jus ſibi dici, quod ipſe aliis dixit, vel dici effecit?* Tum ipſa Edicti verba profert, quæ non addam. Fateor humaniores judices facilè ignoſcere. Sed iis ignoſcunt qui aliis ea condonant, quorum gratiam ſibi fieri volunt. Nam eſſet, non miſericordia, ſed iniquitas, ſi cui id ignoſceres quod ipſe aliis ignoſcere ſe poſſe negaret. Hinc ipſi à Chriſto didicimus à Deo petere ut nobis condonet in ſe delicta, quemadmodum aliis condonamus quæ in nos peccarunt; ſin minùs, nos omni, ex ipſa orationis Dominicæ formula, veniæ jure excludimus. Tum demum locus eſt ei juris regulæ:

Εἴ κε πάθοι τά κ' ἔρεξε, δίκη κ' ἰθεῖα γένοιτο.
Quæ fecit ſi quiſque ferat, jus fiet & æquum.

Hinc ſequitur, ſi *Thraſonides* & *Giton*, ob quidpiam quod verè deliquerimus, aut *Grotius*, aut ego, vel quod deliquiſſe iis videamur, nobis inſultent ac conviciuntur, ut facit paſſim Miles Glorioſus, & qui eum, inſtar calonis, ſequitur; jus & fas eſſe ut ſimilia à nobis patiantur, quotieſcumque paria ab iis admiſſa eſſe oſtendemus. Imò nec in iis ſolis lex illa clauditur, ſed ad omnes eos, quos laudant, porrigitur. Abſurdum enim eſſet laudari quaſi doctiſſi-

mum virum, qui idem dixiſſet, propter quod alius quaſi indoctiſſimus mortalium traduceretur. Quod ergo integrâ famâ *Thraſonidi* ejúſque amicis facere licuit, idem integrâ famâ *Grotio* & *Clerico* facere liceat oportet.

Sed ſi *Giton* & *Thraſonides* ſibi, & Amicis ſuis putant ignoſci oportere menda, quæ in typorum ſpeciminibus, aliis occupato animo, relinquunt; lapſus calami, dum mens in rem ipſam intenta litterarum ductus non ſatis expendit; παροράματα, quæ ex fatigata adtentione ſæpe naſcuntur; peccata memoriæ, quæ interdum non ſuppeditat, quæ minùs adtento animo alioqui ſuppeditaret; aliáque ſimilia, ne exceptis quidem ipſis ignorantiæ, & hebetioris ingenii delictis; ſi hæc, inquam, & talia ſibi & Amicis condonari æquum cenſent, quippe quæ ſunt cum humanitate conjuncta, oportet ut ſimilia *Grotio* & *Clerico* ignoſci debere fateantur. Si ſine ullo famæ ſuæ detrimento in ejuſmodi rebus peccare & labi ſe, eóſque, quos magni faciunt, potuiſſe putent: ut famæ alienæ ſimiliter parcant neceſſe eſt.

Imò verò meliore jure hîc uti debemus, quòd ſatis notum ſit *Hug. Grotium*, curis moleſtiſſimis anxium & gravioribus ſtudiis diſtentum, Comicorum & Tragicorum Fragmenta, animi levandi causâ, collegiſſe & vertiſſe; eáque eruditionis & induſtriæ ſpecimina dediſſe, quæ eum ſupra invidiæ tela collocarint. Nihil dicam de me, niſi omnes ſcire eſſe has amœnitates ſtudiorum meorum, quibus horis ſubciſivis incubui. Contrà, ea eſt prora & puppis ſtudiorum *Thraſonidis*, quem *Giton*, licèt non paſſibus æquis, ſequitur. Ideóque eorum peccata, hac in re, multò ſunt graviora. Huc accedit quòd *Grotius* & *Clericus*, ejuſmodi hominem nullum invaſerint, minimè provocati, acerbis verbis & inhumanâ oratione. *Giton* & *Phileleutherus* in me involarunt, numquam à me la-

ceſſi-

Digitized by Google

ceſſiti; nec *Grotius* ſibi malevolendi, & detrahendi, mortuus antequàm nati eſſent, cauſam ullam præbuit. Quare quamvis, communis humanitatis jure, veniam concedi nobis poſtulare poſſimus; non eadem eſt adverſariorum cauſa; * *nihil eſt enim*, ut verba ſummi oratoris nonnihil immutata uſurpem, *quod minùs ferendum ſit, quàm rationem ab altero dictorum repoſcere, qui non poſſit ſuorum reddere.* Idque eò magis intolerandum eſt, quò acerbiùs alios reprehendit.

Ergo ſi *Grotium* Linguam, Proſodiámque Græcam non ſatis tenuiſſe, nec ſatis acuti ingenii fuiſſe ut Fragmenta *Menandri* & *Philemonis* intelligeret ac reſtitueret, aut neglectim ſe hic geſſiſſe, ſummo faſtu & contumelioſis verbis, contendat *Thraſonides*, quòd vir ſummus aliquando peccarit; quid de ipſo dicendum erit, ſi paria deliquiſſe deprehendatur? Quas pœnas dabit homo obſcurus & ignotus, ſi cum *Grotio* conferatur, & cui nihil aut non multùm Litteræ debent, ut quàm molliſſimè loquar, ſi, dum ſe paſſim tanto viro præfert, ſæpiſſimè erraſſe deprehendatur; quod demonſtravit *Philargyrius*, & exemplis etiam nonnullis oſtendi, quæ adnotationibus *Salvinii* inſerta ſunt, pluribúſque mox confirmabo? Quæ mulcta ei imponetur, ſi ſæpe in ſcanſione Iamborum peccaſſe deprehendatur, cùm nihil tantopere ac ſcientiam metricam jactet? Annon dignus eſt, qui ſibi audiat dici, quæcumque in ſummum virum ſuperbiſſimè effudit? Nemo, ut opinor, cui vel minima ſit æquitas, non adſentietur.

IV. Grotius, ut notum eſt ex Præfationibus præfixis Dictis Poëtarum, quæ à *Stobæo*, & ab ipſo collecta ſunt, ea verterat in carcere Lupiſtenenſi; ubi etiam elegantiſſimam *Euripidis* Tragœdiarum Phœniſſas tranſtulit, quamvis partem primam ejus laboris amiſſam

* *Divin. in Q. Cæcilium.* c. IX.

amiſſam Lutetiæ reſarciverit. In hiſce emendandis, MSS. Codicibus è Bibliotheca Regia, & conjecturis ſuis atque amicorum & præſertim *Cl. Salmaſii*, poſtea uſus eſt, ut ex notulis ejus intelligere licet. Stobæana quidem collectanea Lutetiæ emiſit an. MDCXXIII, ſua verò anno MDCXXVII. & *Euripidis* Phœniſſas anno MDCXXX. quæ omnia grato animo à Litterarum amantibus excepta ſunt, & ab omnibus laudata.

Cúmque eruditionem in eo æquaret modeſtia, in notis ſuis, in quibus nihil fermè aliud, quàm quid in ſcriptura ſuo aut alieno ingenio mutatum eſſet rationem reddidit, neminis famam minuit, aut contumelioſè de ullo eſt loquutus. Quin etiam ad calcem Excerptorum ex Tragicis & Comicis, rogat Lectorem ut *labore ſuo utroque* (vertendi & emendandi) *benignè utatur, & ſi quid in utrovis peccatum putet, quod quin ita eſſet non reluctabatur, partem errare natæ humanæ infirmitati, partem temporibus condonaret.* In dedicatione etiam Euripidearum Phœniſſarum, ubi magna cum laude meminiſſet *Gaſparis Gevartii* & *Lucæ Holſtenii*, ſubjicit *ut iſtarum artium* (quæ ad Humaniores Litteras pertinent) *exactam cognitionem ſibi bona, maláque fortuna abnuerat, ita cultum venerationémque nullam erepturam.* Nec quidquam exiſtimationi ſuæ modeſtiâ detraxit, imò verò, omnium proborum judicio, multùm addidit; cùm ſine modeſtia, vel maxima eruditio minùs placeat, ex qua ingens ornamentum ſemper trahit. Tam multa induſtriè inveſtigavit, acutè emendavit, & eleganter vertit, ut gloriari propterea meritò potuerit, ſi *Thraſonidis* ingenium ei fuiſſet; quod tamen tantùm abeſt ut fecerit, ut contrà de iis quæ perfecit modeſtè loquatur, nec errores nonnullos irrepſiſſe in ea diffiteatur. Sed, ut ipſius verba uſurpem, è Prolegomenis ubi Euripideas Phœniſſas defendit, *ſint ii inter illa, quæ majoribus virtutibus redimuntur.*

Ne

Ne loquar de peritia Græcæ Linguæ, lectionéque multijuge Græcorum Scriptorum , quæ in omnibus *Grotii* operibus ubique elucent ; obſervandum eſt ſummopere præſertim in lectione Poëtarum verſatum jam ab ineunte ætate fuiſſe; nec potuiſſe ullâ ratione Excerpta illa ſive *Stobæana* , ſive ſua ipſius Tragicorum, & Comicorum colligere, ſine adcurata ejuſmodi Poëtarum lectione. Nec Latinè vertit hæc Excerpta, niſi ſæpiùs lecta; nam aliter ejuſmodi verſio fieri nequit. Adde ſummum virum jam à pueritia ſummopere Poëticæ fuiſſe addictum , multáque elegantiſſima carmina effudiſſe , & inter alia Tragœdias duas, *Chriſtum Patientem* & *Sophompaneam*. Latina quidem hæc ſunt , fateor , ſed multa in iis ad imitationem Græcorum efficta, multi in iis optimi Iambi, ut & in verſione Phœniſſarum, & *Stobæanorum* Excerptorum, Fragmentorúmque Tragicorum & Comicorum, quæ ipſe collegit. Hæc cuivis perſuaſerant *Grotium* Græcæ Linguæ, & Poëtices peritiſſimum fuiſſe, déque ſenſu & elegantia carminum optimè judicare potuiſſe; cùm poſt tot lecta, à puerili ætate, optima ipſe faceret. At ecce tibi Pædagogum *Phileleutherum* in throno ſedentem, ferulâque armatum , qui licèt nullos fortè ipſe verſus fecerit , nec plura legerit quàm *Grotius*, omnem tamen illam Græcæ Poëtices peritiam in controverſiam vocet, & in ſingulas *Grotii* paginas, cùm in ipſum non liceat, ferulâ ſæviat , emendationémque, metricam ſcientiam, & acumen in rebus poëticis paſſim deſideret. Cur verò? Quia *Grotius* aliter loca multa intellexit, quàm ipſe ; aut correxit alio modo, aut modulos ſyllabarum interdum non ita curavit , aut verſus claudicantes ubique non erexit ex conjectura, aut omnes, qui corrupti erant, non emendavit.

Atqui *Grotius* multa haud paullò meliùs intellexit, quàm Pædagogus noſter , ut paſſim oſtendit *Philar-*

gy-

gyrius, multóque feliciùs emaculavit, ut res ipſa oſtendit; nam tanta erat in *Thraſonide* contradicendi libido, ut etiam elegantiſſima carpſerit, putidáque eis ſubſtituerit, & reprehenderit quæ minimè erant adtingenda. Sed erraverit aliquando vir ſummus, quod etiam deprehendi, an fuit propterea à *Thraſonide* in ordinem, inſtar pueri, cogendus? An velit ſe amendari ad triviales Ludimagiſtros, quòd multa Græca eſſe negarit, quæ ſunt bene Græca, ut oſtendit *Philargyrius*, útque poſtea etiam demonſtrabo?

Putátne ullum inventum iri, qui *Phileleuthero* putet palatum ad lautitias haſce Poëticas magis ſapere, quàm *Grotio?* Oportet eſſe ferreæ frontis hominem, qui, cùm nullum ejus rei ſpecimen ediderit, præter putidiſſimam ſatiram, in qua paſſim ceſpitat, ita loqui ſuſtineat.

Magna fuit, in Proſodia Græca, licentia, nec ſcimus annon junioris Comœdiæ Poëtæ majore uſi ſint, quàm *Ariſtophanes*; nam nullum eorum Drama integrum ad nos pervenit. Fragmenta, quæ ſuperſunt, licèt ſat multa apud *Athenæum* præſertim & *Stobæum* exſtent, pleráque adeò paſſim corrupta ſunt & claudicant; vix ut ſcire poſſis licentiáne Poëtæ, an, librariorum vitio ſemper qualia ſunt ad nos tranſmiſſa ſint. Nonniſi imprudentis eſt & ſuperbi, quod nemo ſcire poteſt adfirmare, & in diſſentientes acerbè invehi. Sed fac interdum peccaſſe ea in re *Grotium*, demonſtrarique hoc à Pædagogo; annon eum pudet propterea contemtim de tanto viro, ut paſſim facit, loqui?

Ex accurata lectione *Stobæanorum* & *Grotianorum* Excerptorum, facile eſt intellectu *Grotium*, licèt multis verſibus menſuram reſtituerit, ſententiæ tamen paſſim majorem rationem habuiſſe, quàm moduli ſyllabarum & verſuum; quamobrem vitioſos verſus nonnullos reliquit, quia de ſententia, quam potiſſimùm

mùm quærebat, ſatis conſtabat. Præterea cùm nihil juvarent MSS. Codd. Regii, quos conſuluit, tædebat eum fortè nimis frequentium conjecturarum; quæ, quacumque tandem cum fiducia proferantur, ſunt fermè omnes incertæ, nec ultra veriſimilitudinem progrediuntur. Quare timidè ſunt proferendæ, cùm facillimè fieri poſſit, ut alia omnia ſint vera; ut liquet ex ipſa varietate conjecturarum, quæ ab aliis proponuntur; quod ex collatione *Philargyrii* cum *Phileleuthero* intelligere licebit. Sic & ante *Grotium* fecerat, & quidem multò frequentiùs, *Conradus Geſnerus*, cui tamen nemo non, propter *Stobæi* Editiones, gratias habuit. In ipſo *Ariſtophane*, quem maximâ curâ recenſuit V. Cl. *Lud. Kuſterus* noſter, & Eruditiſſ. *Bentlejus* iterum legere dignatus eſt, ſunt etiamnum verſus mutili, quos indicare poſſim, ſi neceſſe ſit; nec tamen inſcitiam metri, vel aures hebetiores iis quiſquam exprobravit. Nimirum, cùm ſententiæ nihil deeſſet, prætermiſſi ſunt. Ac ſanè donec meliores Codices & quidem plures ſuppetant, nihil eſt hîc facilè mutandum; ne, pro verbis Veterum, conjecturas Recentiorum legamus; quibus ſi nimiùm indulgerent Critici, eáſque propterea ipſi contextui omnes inferrent, omnia fierent incerta, & paſſim, pro Veterum ſententiis, ſomnia Recentiorum haberemus.

Hæ fuere rationes, aliæque fortaſſe non minùs graves, cur ita ſe geſſerit vir ſummus; quem nemo non laudarit, præter invidos, & temerarios *Phileleutheros*, qui nihil non ſibi adrogant.

V. Ad me verò quod adtinet, elegantiâ Fragmentorum *Menandri* & *Philemonis* captus, cùm viderem per totum *Stobæi* Florilegium ſparſa eſſe, quod incommodum legentibus erat, & faſtidium etiam mihi creabat; putavi me rem gratam & utilem harum lautitiarum amantibus facturum, ſi ea ita colligerem, ut omnia unâ ſerie ad Comœdiarum certarum inſcri-

ptiones

ptiones referrem, quotieſcumque Comœdiæ nomen editum à *Stobæo* fuerat, & alia, quæ quò referri deberent non conſtabat, ad calcem rejicerem, quemadmodum feci. Itaque exſcripſi eo ordine omnia, quæ apud *Stobæum*, & *Grotium* erant; cúmque non poſſem, uno tenore, nulláque interpoſitâ morâ, propter alias graviores occupationes, rem conficere, variis temporibus, & quidem ſubciſivis horis feci.

Poſtea etiam, cùm nonnulla occurriſſent aliud agenti, quæ hîc non erant, cogitavi de ceteris omnibus reliquiis, undecumque poſſem, colligendis. Quamobrem omnes quæſivi à *Joan. Meurſio*, in Bibliotheca Attica, indicatas, & undecumque potui corraſi, non ex Indicibus tantùm, in quibus, mutilis quippe ac imperfectis, non adquievi, ſed ex ipſis Scriptoribus datâ operâ evolutis; & perpauca quidem colligenda ſupererant, cùm prodiit Bibliotheca Græca Clariſſ. & Doctiſſimi Viri *Joan. Alberti Fabricii*, ubi ſunt plures Indices locorum à veteribus Scritoribus citatorum, nec magno uſui fuerunt. Sed quamvis omnia inde deſumſiſſem, quid inde ſequetur? An ſunt ideò à V. Cl. editi illi Indices, ut nemo iis uti audeat? Quæ ſtultitia hæc eſſet? Quiſquis non inſanit invidiâ, aut alio pravo adfectu, videbit quidem eum, qui geminorum Comicorum fragmenta collegit, plura multò protuliſſe, quàm quæ in ullis Indicibus exſtant. Addam & me priore *Athenæi* Editione Commeliniana anni M DC XI. uſum, ubi nullus eſt Scriptorum ab *Athenæo* citatorum Index; & liquidò ſanè jurare poſſum me *Athenæum* ipſum, collectionis ejus gratiâ, evolviſſe. Hîc de *Gitone*, qui quidquid in buccam venit effutit, nihil dicam; ſed miror *Eumolpum* (nam *Thraſonidém*ne vocem, an *Eumolpum* eum, qui ſolus priſcæ Poëtices & Proſodiæ eſt peritus, parum intereſt) miror, inquam, hominem iracundum mihi *Fabricianorum* Indicum uſum exprobra-

bra-

brare; cùm ſine dubio non probet id quod *Ric. Bentlejo* Cl. Viro eſt objectum, in libro Anglico Londini anno MDCXCIX. edito, cujus inſcriptio ita Latinè ſonat: *Brevis narratio de Doct.* Bentleji *Humanitate & Juſtitia erga Scriptores, qui ante eum vixerunt, cum honeſta vindicatione* V. N. Thomæ Stanleji, *& ejus notarum in* Callimachum *&c.* Illic enim inſimulatur plagii, quaſi uſus eſſet Indice MS. Operum *Callimachi*, quæ interciderunt, confecto à *Thoma Stanlejo*; cùm ejus vel ſemel meminiſſe, in Editione Fragmentorum *Callimachi*, dignatus non ſit. De re ipſa nullum judicium ferre volo, nec quidquam *Angliæ Varroni* exprobro; ſed ſi malè hoc ei objectum cenſeat *Thraſonides*, non debuit mihi Indicum Editorum uſum exprobrare; niſi liceat ejus amicis Indicibus MSS. uti, omiſſo prorſus eorum auctore, mihi editis non liceat.

Dum autem, repetito per plura intervalla labore, animóque majoribus occupato, exſcribo hæc fragmenta, interdum contigit me non ſatis emendatè quæ præ oculis erant exſcribere; quod omnibus, ut puto, contingit, (mihi Gallica etiam exſcribenti ſæpiùs evenit) ſi multiplicibus curis ſint diſtenti. Poſtea Latinè vertenti non ſemper licuit, cùm otio minimè abundarem, ipſos auctores iterum ſemper inſpicere; ut, ſi quid peccaſſem, emendarem. Acceſſere ad hæc ſphalmata Typographica, quorum rationem reddere nemo poſſit, nec ſanè adigatur; niſi ab iis, qui neſciunt, aut neſcire volunt quot errata admittant Typothetæ, cùm Græca & Latina, manu exarata, typis exſcribunt, quótque fruſtra emendentur quæ relinquunt. Vel *Giton*, ſi verum fateri ſuſtineat, non diffitebitur in paucis illis opuſculis, quæ edidit, immania eſſe paſſim in Græcis errata. Non potui non ridere hominem irâ cæcum, qui in Præfatione mihi exprobrat, quaſi ſcripſiſſem τεθαύμαχ' σὺκ, ubi eſt χ pro κ, errore typographico, & bis ſcribit τεταύ-

μαχ', eo ipſo in loco, quaſi diceretur ταυμάζω. Sic ſæpe ſuperbos ultor ſequitur à tergo Deus, dum ſe ſe objiciunt iiſdem telis, quæ in alios mittunt. Nec *Phileleutherus* fragmenta *Callimachi* ſat mendosè eſſe edita ignorat, quod monuimus in Silvis Philologicis Cap. VI, 5. poſſemúſque pluribus exemplis probare, ſi opus eſſet.

Quin & celebris & erudita illa ad *Joannem Millium* data, ab eodem Cl. Viro anno MDCXCI. editáque ad calcem *Malelæ* Epiſtola, non eſt ſine mendis, quæ omnia in Erratis non memorantur. Exempli causâ, p. 93. ait ἀνηρότατον eſſe *comparativum*, *abſolutum verò* ἀνήροτον. Nemo non concedet lapſum hunc eſſe calami, qui ſcripſerit *comparativum*, cùm mens *ſuperlativum* cogitaret. Si quis tamen eadem malignitate uteretur, quâ *Phileleutherus*, quos cachinnos hîc tolleret? Quàm exclamaret Virum Cl. qui *puerilium* & *turpium* errorum *Scaligeros*, & *Grotios*, in primo illo ingenii ſui fœtu, inſimulat, ne primis quidem Grammatices initiis ſatis inſtructum fuiſſe? Quod abſurdum quidem eſſet, ſed non abſurdius *Phileleutheri* ſimilibus in me vôciferationibus. Si quis doctiſſimorum ſine controverſia virorum, & inter ceteros quidem *Claudii Salmaſii*, opera eadem acerbitate recenſere vellet; innumerabilia ejuſmodi menda, in Veterum Teſtimoniis, alibique occurrerent; propter quæ, ſi quis hominem ſperneret, omnibus meritò ludibrio eſſet.

Sed ut ad Comicorum noſtrorum Fragmenta redeam, cùm *Grotius* ea tantùm collegiſſet, quæ moralem ſententiam complectebantur, & reliqua, quæ ad verborum tantùm ſignificationem pertinebant, à Grammaticis Veteribus prolata, omiſiſſet; nos ea nobis colligenda eſſe putavimus, ſi fortè ex iis quidpiam erui poſſet, quod elegantioribus & utilioribus Fragmentis illuſtrandis uſui eſſet. Qua in re tamen la-

labori fructus vix ſatis reſpondit ; ſed omnes ingenioſiſſimorum Comicorum reliquias collegiſſe juvabat.

Cùm autem ejuſmodi reliquiæ corruptiſſimæ plerumque, apud Veteres, exſtarent, illas ferè protuli quales erant ; quòd emendari eas poſſe non putarem, ſi pauculas excipias. Verti etiam eas, ut potui, aut ut jam erant à viris doctis verſæ. Si quid exſcribendo addidi, aut detraxi, niſi in notis monuerim, caſu id factum eſſe ſcias, neque mihi ejuſmodi quiſquilias objicias. Quiſquis rem adtentiùs expendet, facilè animadvertet patêre quidem hîc ingentem conjicientibus feneſtram, ſed veri explorati cupidis nihil fermè eſſe quod ſatisfacere poſſit. Facilè tamen patior hîc modeſtos conjectores induſtriam ſuam experiri ; ſi modò conjecturas, loco rerum compertarum, nobis invitis non propinent, neque eos qui conjicere nolunt ſpernant, aut malè habeant , ut facit ferox *Phileleutherus*. Putavit magni eſſe ingenii lacera illa Fragmenta invadere, eáque ſupplere & emendare, additis, detractis, trajectis, mutatiſque, prout libuit, vocibus, & de me paſſim triumphât, quòd nihil mutare auſus fuerim. Qua in re, pueris quidem ac imperitis fucum facere poteſt , & magnus vir videri ; ſed nemini docto imponet; cùm meridianâ luce clarius ſit, ut mox pluribus oſtendam, nihil certi poſſe proferri. Qui ob talia non ſibimet ipſi tantùm plaudunt, ſed etiam ceteris inſultant, ii graviſſimè in rectam Rationem, humanitatémque morum , ſine qua nocent potiùs quàm proſunt ſtudia, peccant, boniſque & eruditis viris ridendos ſe ſe præbent. Velle ingenioſum videri, ubi liquet ingenio oſtentando locum nullum eſſe, id verò eſt ingenio ſuo abuti & cum Ratione inſanire.

Fortaſſe mihi objiciat quiſpiam *Philargyrium* quoque noſtrum, multas hîc conjecturas proferre, & ad-

ſeveranter interdum de rebus nequaquam certis loqui; at reſponſio eſt in promtu. Nam ne dicam, mihi neceſſe non eſſe omnes ejus conjecturas probare, immane tamen eſt, inter eum & *Phileleutherum*, diſcrimen; cùm adverſarius ille noſter omnia, quaſi oracula, fundat, quod non facit *Philargyrius*. Huc accedit quòd, ut ſuperbiam acerbi conjectoris retunderet noſter *Philargyrius*, neceſſe habuerit interdum ſimili ſtylo uti, &, quod dicitur, ἥλῳ τὸν ἧλον, καὶ παττάλῳ τὸν πάτταλον repellere; quò intelligeret Adverſarius alia omnia poſſe æquè confidenter adfirmari, ac proinde parciùs eſſe conjiciendum & modeſtiùs loquendum. Ideò paſſim verba ſua ei reddidit, oſtenditque eo modo ad cautiorem eſſe orationem redeundum; cùm veriſimiliora multò, aut æquè veriſimilia de tot locis proferri poſſent. Quo enim jure fiduciam ſuam à Lectoribus ferri vellet *Phileleutherus*, ſi aliis par jus nollet concedere?

Si conſtaret à Veteribus Grammaticis ita citatos eſſe Veteres, ad teſtimonium dicendum, ut diſtinctè ſemper eorum verba protuliſſent, eáque integra, eo ordine quo erant à Scriptoribus concepta, ac ſine interruptione & miſtura; eſſet fortè nonnulla ſpecies veri in conjecturis, quibus vitioſa Fragmenta emendare conati ſunt viri docti. Sed contrarium planè conſtat; partem verborum proferunt, ſæpe alio ordine, & mutatis vocibus, interpoſitiſque & omiſſis aliis, quæ proximè ſequebantur: ut liquet ex multis *Athenæi* & *Suidæ*, ne alios adpellem, citationibus, ex iis Veterum Scriptis, quæ integra ad nos pervenerunt, & ex quibus eorum in citando morem intelligimus.

Caſaubonus ad *Athenæi* Lib. I. Animadverſ. c. 13. obſervavit in MSS. Codd. ejus Scriptoris reſpicientis ad Odyſſ. Σ. 571. ubi legimus:

—— τοὶ ῥ' ῥήσσοντες ὁμαρτῇ
Μολπῇ τ', ἰϋγμῷ τε, ποσὶ σκαίροντες ἕποντο,

habere: ἄλλοι δ' ἐν μανίᾳ, μολπῇ τε, ὀρχηθμῷ τε ἔσκαιρον. Niſi exſtaret *Homerus*, qui hæc ejus ipſa verba eſſe putaret, ut facit *Thraſonides* in Fragmentis *Menandri*, primùm crederet fuiſſe apud *Homerum* ἄλλοι, cùm ſit τοὶ, quod idem ſignificat eo loco; ſecundò, pro ὁμαρτῇ, *ſimul*, legeret ἐν μανίᾳ *in furore*, quæ planè diſſident; tertiò, pro ἰϋγμῷ *ſibilo* legeret ὀρχηθμῷ *ſaltatione*, quæ differunt etiam; quartò, ſi paullò audacior eſſet, quæreret hîc Heroïcum verſum, qui nullus eſt, & fortè legeret levi mutatione:

Ἄλλοι δ' ἐν μανίᾳ, μολπ', ὀρχηθμῷ τε ἔχαιρον
Alii in furore cantu & ſaltatione gaudebant.

Nec deeſſet, qui hîc Tarantulæ morſum ejúſque effectus quæreret, atque *Homero* notos fuiſſe probaret. Sed audi *Caſaubonum*: *Athenæum*, inquit, *ſcripſiſſe cenſemus ἐν ἁρμονίᾳ, unde illa inſana lectio ἐν μανίᾳ fluxit, poſtea quàm ſemel vocis ἁρμονίᾳ ſyllaba prima fuit deperdita, & intercepta.* SOLET *Auctor, cùm veterum Poëtarum locos deſcribit, obſcuriores voces interdum omittere, aut notioribus commutare. Sic igitur pro ὁμαρτῇ, quam dictionem var[illegible] interpretantur Magiſtri, dixit ἐν ἁρμονίᾳ, aut σὺν ἁρμονίᾳ, quo modo etiam explicat τὸ ὁμαρτῇ antiquus Poëtæ Scholiaſtes.* Idem Animadverſionum in Lib. II. c. 15. *Solet*, inquit, Athenæus *quando pluſculos ex aliquo Poëta verſus deſcribit, multa ſæpe omittere, quæ ad ſententiæ ſummam nullum momentum habeant.* Quod loco *Diphili* illuſtrat. Obſervavit quoque non ſemel *Athenæum* memoriâ erraſſe, ſæpe etiam corruptis codicibus uſum.

Hæc omnia de *Suida* dici poſſe comperiet, quiſquis prolata ab eo loca è Scriptoribus, qui ſuperſunt,

 cum

cum optimis eorum Editionibus contulerit. Si quis numquam fecerit, videréque volet an vera ſint quæ dixi, conferat tantùm quæ habet è Comœdiis *Ariſtophanis* quæ extſtant, & affatim exemplorum inveniet.

Quin & ſæpe Grammatici, ut vidimus ex *Athenæo*, ita miſcent ſua verba verbis Scriptoris, quem laudant, ut vix ſecerni poſſint. Interdum etiam ſenſum tantùm proferunt. Quo factum eſt ut Fragmenta *Menandri* & *Philemonis* colligentibus neceſſe fuerit aliquando ipſa verba Grammaticorum proferre, non ut verba Comicorum noſtrorum, ſed ut eorum ſenſum, in quo fortè & nonnullæ eorum voces ſuperſunt. Immerito ergo talia carpſit *Thraſonides*, dum ſimulat ſe credere omnia ipſa Comicorum verba à nobis habita eſſe. In caſſum etiam *Menandri* & *Philemonis* verba à Grammaticorum verbis interpoſitis ſe poſſe ſecernere ubique ſperavit. Sed, quod omnium deterrimum eſt, injuſtè in me invectus eſt; quòd protuliſſem verba qualia erant. Hoc in negotio, quàm ſæpe erraverit egregiè oſtendit *Philargyrius*.

Non erit præter rem hìc animadvertiſſe à doctiſſimis viris ſæpe prolata eſſe teſtimonia Veterum, qualia in Libris MSS. ea inveniebant, quamvis ignorare non poſſent eſſe mendoſa; quòd de vera lectione dubitarent, & ampliùs deliberandum cenſerent. Ingens eſt numerus depravatarum lectionum, ex quibus vocabula depromſerunt *Heſychius* & *Suidas*, maniſeſtò corrupta, ut viri docti obſervarunt. *Lucas Holſtenius*, vir eruditiſſimus, è MSS. Romanis inedita profert Epigrammata ad *Stephanum*, paſſim corrupta, ut quivis intelligere poteſt; nec tamen eſt conviciis propterea à quoquam adpetitus.

Eadem ratio, quæ prohibuit ne emendare adgrederer Fragmenta lacera & obſcura, impediit ne ad modos Iamborum redigere ea conarer; quòd, nimirum,

mirum, non ſatis ſemper conſtaret an omnia eſſent Poëtarum verba, ánve aliquid eſſet prætermiſſum, inverſum, aut additum. Sæpe enim non ex uno verſu petunt quod habent, ſed ex pluribus; quamvis interdum ex iis quæ habent verſus confici poſſint, ſenſúſque integer formari; quod ex citationibus Auctorum, qui nunc exſtant, intelligere licet.

Pauca quædam exempla ſubjiciam, ut res magis liqueat. Apud *Ariſtophanem* in Pluto, ſic loquitur Carion de Pluto, verſ. 68, 69.

> Ἀπολῶ τὸν ἄνθρωπον κάκιστα, τουτονί,
> Ἀναθεὶς γὰρ ἐπὶ κρημνόν τιν' αὐτὸν, καταλιπὼν
> Ἄπειμι.

Perdam hominem peſſimè hunc, poſtquàm enim eum collocavero in aliquo præcipitio, eo relicto, abibo. Suidas verò, in voce ἀναθεὶς, ſic hunc locum citat: ἀπολῶ τὸν ἄνθρωπον ἐπὶ κρημνόν τιν' ἀναθεὶς, ubi verba ex duobus verſibus deſumta, & inverſa faciunt verſum Senarium; nam Senarii, ut omnes norunt, ſæpe ab incautis effunduntur. *Thraſonides* noſter, ſi, amiſſo *Ariſtophanis* Pluto, collegiſſet Comici Fragmenta egregium inde Senarium ſervatum eſſe audacter contenderet, & tamen falleretur.

Verſu 818. Carion:

> —— ἀποψώμεσθα δ' οὐ λίθοις ἔτι
> Ἀλλὰ σκοροδίοις ——

Citat *Suidas* in Ἀποψώμενον, ubi habet ἀποψώμεθα, quod cùm vitiet verſum, non deeſſet Criticus qui legi vellet, ſi Plutus interiiſſet,

> —— ἀποψώμεθα
> Οὐ μὲν λίθοις ἔτ', ἀλλὰ σκοροδίοις ——

ac ut abſolveret verſum adderet Λάχης, aut aliud ſimi-

mile nomen, more *Thraſonidis*, vel verba aliter inverteret.

Idem verſu 675.

Ἐφ' ἣν ἐπεθύμουν δαιμονίως ἐφερπύσαι

Ad quam cupiebam vehementer irrepere. *Suidas* citat ἀφερπύσαι, in ea ipſa voce, ut mendoſo codice uſum intelligas, quod ſæpe ei contigit. Quis tamen auderet mutare, ſi *Pluto* careremus?

Verſu 925. ſic legimus:

-- οὐδ' ἂν εἰ δοίης γέ μοι
Τὸν Πλοῦτον αὐτὸν καὶ τὸ Βάττου Σίλφιον.

Suidas verò in Βάττου Σίλφιον laudat, omiſſis tribus primis ſecundi verſûs vocibus: οὐδ' ἂν δοίης γέ μοι καὶ τὸ Βάττου Σίλφιον. Metricus Magiſter ſtatim deleret καὶ, ut Senarium conficeret, qui tamen non eſſet *Ariſtophanis*; nec eo ſeciùs rideret eum, qui ſic Comici Fragmentum edidiſſet, ut eſt apud *Suidam*, quaſi Senarium formare neſcientem.

Verſu 527. ſic loquitur Paupertas:

Εἶτ' δ' οὐχ ἕξεις ἐν κλίνῃ καταδαρθεῖν, οὐ γὰρ ἔσονται,
Οὔτε τάπησιν.

Suidas in Δάπιδας citat: οὐδ' ἐν δάπισιν ἔσαι καταδαρθεῖν. Unde feciſſet temerarius Criticus finem verſûs Ariſtophanici, cùm non ſit.

Verſu 442. ſic loquitur Blepſidemus:

Πενία γάρ ἐστιν, ὦ πόνηρ', ἧς οὐδαμοῦ
Οὐδὲν πέφυκε ζῶον ἐξωλέστερον.

Suidas verò in ἐξωλέστερον ſic citat: πενία γάρ ἐστιν ἧς οὐδὲν θηρίον ἐξωλέστερον, unde confidens Criticus facere poſſet, nî obſtaret *Ariſtophanes* incolumis,

Πε-

Πενία γὰρ --
Ἧς ὐδέν ἐςι θηρίον ἐξωλέςερον,

verbáque ea Comico tribueret. Sed ſatis eſt ejuſmodi exemplorum, cùm quærentibus plura ſuppetant; ut conſtet, ſi modò ſenſus ſit Fragmenti perſpicuus, non oportere nos nimis anxios eſſe in reſtituendà menſura, quæ nobis ignota eſt; eóſque, qui propterea gloriantur, quòd putent ſe menſuram eorum inveniſſe, exigui eſſe judicii homines, & qui ſui ſimiles reliquos omnes putent. Si quis datâ operâ aliquot verſus Poëtæ vernaculi truncaret, inverterétque, uno aut altero relicto, unde liqueret quis eſſe deberet ſyllabarum numerus; quîs poſſet, linguæ licèt & Poëtices peritiſſimus, eos verſus reſarcire, rémque à ſe confectam aliis perſuadere? Ab omnibus merito ſuo irrideretur quiſquis ſimilia tentaret. Sed hîc de Græcis verſibus agitur, in quibus pædagogicè gloriari & ineptire poſſe ſe putavit *Thraſonides*, qui omnium ſibilos experiretur, ſi in Lingua ſua idem eſſet adgreſſus.

Cùm tamen in Fragmentis veſtigia quædam verſuum adparerent, & veluti *disjecti membra Poëtæ*, illa ſcripſi, quaſi eſſent verſus; non quòd eſſe putarem, aut verba eodem ordine, ſine aliis interpoſitis, in ipſis Poëtis fuiſſe exiſtimarem, ſed ut ſenſus conſtaret. Itaque numquam cenſui verſus omnes ita deſiiſſe, aut inchoatos, aut diſpoſitos fuiſſe, quemadmodum eos adferebam; cùm eſſent voces quas eum ſitum, ex lege metrica, obtinere non poſſe ſciebam. Potuiſſem lineolam ubique præmittere, aut poſtponere, ut aliquando feci; ſed non ſemper ita me geſſi, quia neminem ſatis iniquum fore putabam, ut verſus abſolutos, & ita diſpoſitos fuiſſe me credere fingeret. Profectò, apud æquos omnes Lectores, ſatis erat me in Præfatione his verbis caviſſe ne quis aliam mentem mi-

mihi tribueret: *Ea fermè protulimus, qualia exſtabant, licèt verſibus ſua menſura minimè conſtaret. Itaque etiamſi ea in verſus digeſta, ut cetera, vides, nec quidquam ea de re in notis dixi; cave credas omnia à nobis pro bonis, & integris verſibus proponi. Satis quidem liquet fuiſſe verſus, ut ex nonnullis integris, pedibúſque extremis videre licet; ſed additiones, detractiones, inverſionéſque & alienarum etiam vocum admiſtiones obſtant, quominùs poſſint in integrum reſtitui.* Idem etiam paullò pòſt repetii in Volumine XIX. *Bibliothecæ Selectæ* p. 293. & ſeq. Hæc verba ſi libro ſuo præpoſuiſſet *Thraſonides*, oſtendiſſent maximam partem eorum, quæ in me, de modo horum verſuum, jacit, meras eſſe calumnias.

Sed alicubi fortaſſe erravi in metris, nimirum, aliud agens, nec ſatis adtendens res exigui alioqui momenti. Hic verò triumphat *Thraſonides*, totámque ſuam bilem in me effundit, & ſe quaſi maximum virum jactat; quòd meliùs Iambos quoſdam, quàm *Grotius* & ego, metiatur. Atqui res tam ardua non erat, vel ſi prorſus ignota fuiſſet, continuò legere paucas *Hephæſtionis*, *Terentiani Mauri*, *Marii Victorini*, ac *Priſciani* pagellas, ut in memoriam revocaremus pedes Iambicorum, & Trochaïcorum verſuum. Nec difficile erat, cognitione regularum generalium, de vocalibus & ſyllabis, quæ ſemper longæ ſunt, naturâ aut poſitione, addere ex Proſodiis editis peculiarium regularum modicam notitiam. Non puto quemquam fore ſatis fatuum, qui hæc putet ſupra captum *Grotii* fuiſſe; aut me etiam, intra paucos dies, ea memoriæ ita infigere non potuiſſe, ut errores ſaltem vitarem. Hæccine ſunt, propter quæ tantópere ſibi placere liceat, quaſi Proſodiæ cognitio res eſſet ſingularis prorſus eruditionis, aut quaſi in hiſce dormitare interdum nefas eſſet? Annon ipſe *Phileleutherus*, qui nihil niſi metra crepat, aliquoties in iis ma-

manifeſtò peccaſſe deprehenſus eſt à *Philargyrio?* Jam ſecum reputet an velit propterea furcillis è doctorum numero ejici, quaſi imperitus, & qui meliores temerè carpat. Certè dignus non eſt, cui venia detur, hac in re; qui tanto Poëtæ, quantus fuit *Grotius*, propter levia παροράματα ferociter inſultat. Vir Cl. *Ric. Bentlejus*, qui nunc rei metricæ lumen & columen habetur, annon aliquando hac in re peccavit? In Addendis ad Epiſtolam ad *Millium* p. 91. agens de loco *Sophoclis* quem ſpurium putat, quo jure nunc non quæram, duas poſteriores ſyllabas vocis πολυκερδεία, in quarta ſede Iambi eſſe poſſe negat, quòd ſint ſpondeus. *Neque verò*, inquit, *δεία ſpondeus in ſede quarta ferri poteſt, contra morem, conſuetudinémque Tragicorum.* Theocritus: Καὶ φιλοκερδείῃ βεβλαμμένον ἄνδρα παρελθεῖν. Atqui omnes norunt, & optimè omnium Vir Cl. apud Græcos, vocales naturâ longas & diphthongos, pro arbitrio Poëtæ, breves aut longas eſſe, ſequente vocali, ſive in eadem, ſive in alia voce. Si quis hoc ignoraret, adiret oporteret *Franciſci Vergaræ* & *Gulielmi Baillii*, libros de quantitate ſyllabarum, qui rem exemplis demonſtrarunt. Exemplum *Theocriti* nihil probat, niſi licere eam ſyllabam longam facere; non, brevem eſſe non poſſe. Sed talia nemini exprobrari poſſunt, niſi pro æquitate ſit in poſterum ſumma iniquitas, virtutis inſtar, colenda.

Emendandi ſtudium, in hiſce rebus, minuere debet quod jam dixi, non ſatis nos ſcire, quæ fuerit juniorum Comicorum licentia. Audiamus *Terentianum Maurum* de Metris, ubi de Iambico verſu agit col. p. 2443. Ed. Putſchianæ:

Culpatur autem verſus in Tragœdiis,
Et rarus intrat ex iambis omnibus,
Ut ille contra qui ſecundo & talibus

Spon-

Spondeon, aut quem comparem receperit,
Sed qui pedeſtres fabulas ſocco premunt,
Ut quæ loquuntur ſumta de vita putes,
Vitiant iambon, tractibus ſpondaicis,
Et in ſecundo & ceteris æquè locis,
Fidémque fictis dum procurant fabulis,
In metra peccant arte, non inſcitiâ &c.
Magis iſta noſtri (nam ferè Græciæ tenax
Cura eſt iambi, vel novellis Comicis,
Vel qui in vetuſta præcluent Comœdia.)

Hæc ſic explicat *Marius Victorinus* Gram. Lib. II. col. 2526. *Improbatur autem, apud Tragicos, verſus ex omnibus iambis compoſitus, nam quò ſit amplior & par tragicæ dignitati, interponunt frequentiùs, in locis dumtaxat imparibus, dactylicorum moras & ſpondeum. Similiter, apud Comicos, laxius ſpatium verſibus datum eſt. Nam & illi loca, quæ propria iambo debentur, ſpondeis occupant, dactyloque & anapæſto, in locis adæquè diſparibus. Ita dum quotidianum ſermonem imitari nituntur, metra vitiant ſtudio, non imperitiâ*, *quod* frequentiùs apud noſtros, quàm Græcos, *invenies.* Ex hiſce liquet Græcos, rariùs quidem multò, quàm Latinos, ſed tamen interdum, in pares ſedes ſpondeum, dactylúmque & anapæſtum admiſiſſe. Quod etiam animadvertit utriuſque Linguæ peritiſſimus Grammaticus *Priſcianus*, in libro de Verſibus Comicis, col. 1321. ubi, prolato *Terentiani* loco: *Vide Terentianum quoque ſcire, quod non penitus caruerint hoc Græci, ut in ſecundo & talibus ponerent ſpondeos, vel dactylos.* Oſtendit etiam *Jubam ſcire, inveniri quoſdam iambos, in quibus ſecundus, & quartus abſque obſervatione ponitur, quos* cacometros *vocant.* Ergo ubi ſenſus eſt integer, nec variant Codd. MSS. non facilè emendandi ſunt verſus Comici; quod nec faciendum cenſuerunt veteres Grammatici, qui *cacometros* verſus invenerunt in Comicis

micis Græcis, quos tamen ſibi mutandos non cenſuerunt. Vide & quæ ad calcem ejus libelli habet *Priſcianus.*

Difficultas emendandi augetur, varii generis carminum miſturâ; utebantur enim Comici non Iambicis tantùm trimetris, ſed & tetrametris, Trochaicis catalecticis, acatalecticis & hypercatalecticis; ne jam memorem alia verſuum genera, qualibus uſus eſt *Ariſtophanes*, & qualibus etiam uſum eſſe interdum *Menandrum*, in Prologis, conſtat. Horum omnium fragmenta, præſertim ſi breviora ſint, ſecernere certò ſe poſſe nemo dixerit, qui ſapiat. Quare & *Phileleutherus* ipſe, Grammaticorum confidentiſſimus, dubius interdum hæret, Iambicúmne, an Trochaicum verſum ſit ex hiſce reliquiis facturus. Vel unius ſyllabæ additio ex Trochaico poteſt Iambicum efficere, & detractio rurſus ex Iambico Trochaicum, ut Artis Magiſtri docent. Nihil addam hîc de Græcorum nota licentia in producendis, aut corripiendis iiſdem ſyllabis, pro verſûs neceſſitate, de qua ſat multis Proſodiæ Scriptores.

Veniam ad Linguam ipſam Græcam, quæ cùm ſit copioſiſſima & per multa volumina, antiquorúmque Scriptorum, qui perierunt, reliquias, ut ſic dicam, ſparſa, nec eò uſque diſci ſoleat, ut poſſimus eâ ſcribere, ut Linguâ Latinâ, ſæpe idiomatibus ſuis etiam eos, qui quàm maximè in ea exercitati ſunt, fallit. Quare vix ulla eſt verſio, in qua multa reprehendi nequeant. Sicubi hac in re erraverim, dabo operam ut emendem. Numquam putavi me errare non poſſe, nec negavi me quæ deliquiſſem emendaturum. Quamobrem, non erat cur ferociter mihi lapſus fortè nonnulli exprobrarentur, cùm præſertim multa, dicto abſit invidia! non infeliciter verterim. Tum demum exprobrari poſſunt παροράματα, cùm aut pertinaciter defenduntur, aut ab eo admittuntur, qui ſe quaſi erroris immunem jacta-

jactare ſolet; & alios acerbè carpit. Qua in re, graviſſimè paſſim deliquit *Thraſonides*, ut oſtendit *Philargyrius*; cujus obſervationibus addenda etiam ſunt nonnulla, quæ Clariſſimi *Salvinii* adnotationibus immiſcuimus. Unde liquebit, quaſi minimè Græca, rejecta eſſe à *Thraſonide*, quæ optimorum Scriptorum uſui conſentanea ſunt.

Audivi aliquando *Ger. Joannem Voſſium*, virum Linguæ Latinæ, ſine controverſia, peritiſſimum, cùm damnaſſet neſcio quam loquutionem, qua uſus erat adoleſcentulus, quaſi minimè Latinam; illico ab adoleſcentulo, reſponſi loco, accepiſſe verba veteris Scriptoris, qui ſic loquutus eſſet. Quibus auditis, conticuit vir optimus, amicisque poſtea dixit, ſe non facilè in poſterum negaturum loquutionem quampiam Latinam eſſe. Idem viri eruditi, qui Linguæ Græcæ eam peritiam non habent, quam ille Latinæ conſequutus erat, facere debent; ne, memoriâ nimiùm freti, labantur & errent, præſertim ſi alios reprehendant. Quis ferat etiam *Phileleutherum* ubique delicias facientem, & concurſum vocalium paſſim rejicientem, quaſi aures adeò hîc exercitatas haberet, ut quod eas vel minimùm lædit eſſet rejiciendum; cùm in Poëtis quibuſvis & in principe omnium *Homero*, hiatus ejuſmodi non tantùm frequentes ſint, ſed etiam videantur ſæpe quæſiti? Quis ignoſcat faſtidiosè ſpernenti quidquid inficeto ejus palato diſplicet, quaſi Athenis Atticis eſſet natus & aducatus, deinde optimorum Scriptorum teſtimoniis erroris convicto? Vir Cl. *Ric. Bentlejus*, quem fortè *Phileleutherus* pluris facit, quàm ceteros omnes *qui ſunt, qui fuerunt, quique pòſt aliis erunt in annis*, in Epiſtola ad *Millium*, exemplum præbebit ejuſmodi παροραμάτος, quod retractare non dubitavit. Negarat, agens de *Sophoclis* loco p. 13. ſe agnoſcere χαλκέων & πολλὸν *ſumtum, ut aiunt, adverbialiter eſſe hominis Attici, aut in Tragœdia ferri*

ferri poſſe. Qualis enim hæc foret, inquit, *confuſio dialectorum &*, *ut ait ille, ſartago loquendi? Oportuit* πολὺ *&* χαλκῶν, &c. Deinde profert teſtimonium *Phrynichi*, qui χρύσεα, ἀργύρεα, χάλκεα Ionica eſſe docet. Attamen nemo neſcit in Choris Tragicorum miſturam eſſe variarum Dialectorum , & præſertim quidem Doricæ cum Attica, ad quas Ionica quidem accedit, ſed parciùs; nec in ea re *confuſionem* ullam eſſe cenſeri, aut *ſartaginem loquendi. Sophocles*, in Antigone, verſibus 85 & 102. habet πολλὸν & χρυσέας, nec dubium eſt quin plura poſſint alia exempla reperiri. Quare ab amicis, ut videtur, mónitus, hæc p. 91. revocavit, & quidem meritò, mutaſſétque priora, ſi per Typographum licuiſſet. Qua in re non poſſum hominem non laudare; abſit enim ut *Gitonis* more emendata, nemine monente, & recuſa carpere velim! Inſani hoc fuerit, & venia prorſus indigni.

Addam hîc, occaſione datâ, locum eſſe è Danae *Euripidis* , prolatum à *Grotio* in Excerptis , quem idem Vir Cl. corruptum à ſummo viro putat, quod ſcripſerit ἐμμεμοχθεῦνται, pro ἐκμεμοχθοῦνται, in hoc verſu:

> Ὅσοι τε δεσμοῖς ἐμμεμοχθοῦνται βροτῶν.
> *Quot ſint, acerba quos coërcent vincula.*

Non enim magis, inquit, μοχθοῦμαι *dixeris*, *cùm* μοχθῶ *ſit verbum neutrum*, *quàm* πάχομαι *aut* κάμνομαι. Si vir doctiſſimus *Henr. Stephanum* inſpexiſſet, vidiſſet verbum μοχθῶ, cùm ſignificat *labore quidpiam perficere*, cum accuſativo etiam conjungi , non tantùm adfinis nominis, ſed etiam cujuſvis vocis. Citat *Stephanus Ariſtophanis* locum, qui exſtat *Pluti* verſ. 518. ubi poſtquàm Paupertas multa memoravit, quæ nonniſi à pauperibus fieri poſſunt , reſpondet *Chremylus:*

Δη-

Λῆρον ληρεῖς, ταῦτα γὰρ ἡμῖν πάνθ' ὅσα νυνὶ κατέλεξας
Οἱ θεράποντες μοχθήσουσι.

Interprete Friſchlino:

Nugaris, nam hæc quæ modò nobis enumeraſti omnia ſervi
Perficient.

Sic & verſu 525. τἄλλα τε μοχθεῖν, *alia labore efficere*. Quibus lectis, nemo dubitabit quin μοχθεύεσθαι dici queat, & quin *Tragicus* ea conjugatione uti potuerit, ad deſcribendos eos, qui vi & labore in vinculis continentur. Nata eſt omnibus Tragici ſtyli licentia. Eò minùs reprehendendus fuit *Grotius*, quòd formam verbi non finxerit, ſed in *Plutarchi* Codicibus repererit. Non facilè ſunt ſpernenda quæ in libris inveniuntur, ſi ſint analogica, quòd ſimilis exempli non meminerimus; quis enim totam hanc Linguam memoriâ ita complectitur, ut pro barbaro habendum ſit quidquid memoriæ ejus penus non adſervavit? Vir doctiſſimus duplicem Senarii Euripidei emendationem profert, quarum hæc eſt altera:

Ὅσοι τε δεσμοῖσι μεμοχλεῦνται βροτῶν.

Sed deeſt in eo verſu ſyllaba, aut tertius pes eſt Trochæus, quod aſpernatur Iambicum carmen. Fortè ſcripſerat δεσμοῖσιν, quod ſimpliciter adfirmanti facilè crediderim; non ſum enim *Thraſonides*, qui typographica menda adlatrat. Interea rectè adnotat doctiſſimus *Barneſius*, *non fuiſſe cur locum hunc turbaret & Grotii manes violaret;* qui ſimilia *Phileleuthero* dixiſſe cenſendus eſt. Facilè aliquid *Grotio*, qui tanta eruditionis edidit ſpecimina, ignoſcendum. Notum eſt à Viro Cl. Epiſtolæ illius auctore, multos offenſos fuiſſe, quòd adeò liberè magnorum virorum errata notaſſet; eóque exemplo *Phileleutherum* ſapientiorem eſſe factum oportuiſſet.

VI. NON

VI. Non opus eſt ut ſingillatim omnia, quæ perperam carpit *Phileleutherus*, aut malè emendat, perſequar; quod nec poteſt in Præfatione fieri, nec à me ſingulari opuſculo ut adgrederer impetrare potui, aut etiam debui. Tanta ſunt ubique iræ & malignitatis in *Grotium* (quem fortè nonnemo homini, inſigni, ſcilicet, injuriâ, prætulerat) & in me indicia; tanta ſuperbiæ ſpecimina ut, omnibus probis judicibus, plus ſibi nocuerit, quàm mihi. Præterea à rixis & naturâ, & ſtudio alienus numquam, ita me Deus amet! in arenam, niſi invitiſſimus, & ſummâ adverſariorum importunitate coactus, deſcendo. Olim *Dionyſ. Petavius*, vir, cui ſe *Phileleutherus* ipſe conferre non auſit, tantâ fiduciâ in *Joſ. Scaligerum* & *Claud. Salmaſium* invectus eſt; ut lectis iis, quæ in maximos viros ſcripſit, neceſſe eſſe crederet eos ab omnibus ſperni, atque omni exiſtimatione, tot laboribus partâ, ſpoliari. Sed quis propterea *Scaligerum* & *Salmaſium* contemſit? Quis *Petavii*, doctiſſimi licèt viri, acerbitatem non damnavit? Vice verſâ, quæ *Petavio* repoſuit *Salmaſius* integram ejus exiſtimationem reliquêre, ad eruditionem quod adtinet. Ut me *Scaligero* & *Salmaſio*, Humaniorum Litterarum cognitione, non æquo: ſic nec *Phileleutherum Petavio*, ne fallatur, æquiparo. Attamen non plura ab eo mihi timeo, quàm quæ à *Petavio* paſſi ſunt viri ſummi, aut etiam à *Salmaſio Petavius*. Præterea ita jam hancce provinciam confecit *Philargyrius*, ut nihil neceſſe ſit multa à me addi. Igitur paucis hîc ero contentus, quæ ſi ad meliorem mentem hominem revocent, ei, mihique gratulabor; ſin minùs, non erit cur officii omiſſi me pœniteat.

1. In Adelphis, verſu 7. deſinit verſus ſenarius voce συνηγωνίσατο, cujus contendit *Thraſonides* eſſe antepenultimam brevem. Quare emendat συνηγωνίζετο. Sed primùm nec *Grotius*, nec *Geſnerus*, aliter

invenerunt in Codicibus ſuis, nec ulla ratio fuit Librariis mutandæ priſcæ lectionis. Deinde licèt in hoc tempore, antepenultima ſoleat eſſe brevis, in verbis quæ deſinunt ίζω, quòd penultima in aoriſto primo activo, unde formatur, plerumque ſit brevis; attamen cùm hæc aliquando ſit longa, poteſt etiam antepenultima in aoriſto primo medio eſſe longā. Apud *Homerum*, ſecunda in κοιμίσατε eſt longa, ac proinde produci etiam poſſet in ἐκοιμίσατο. Quod fortè in ἠγωνίσατο aliquando factum eſt. Ibidem verſ. 10. ηὔξατο legit *Grotius*, pro ἤρξατο, quod carebat ſenſu, vertitque *auctum eſſet*. *Phileleutherus* vult legi ηὔξετο, quòd ηὔξατο ſit ab εὔχομαι *glorior*, verbum verò αὔξομαι, *augeor*, habeat ηὐξησάμην in aoriſto 1. medio. Sed cùm verbum ἀλέξω, quod mutuatur tempora ab ἀλεξέω per Syncopen, ut putant Grammatici, habeat in infinitivo ejuſdem temporis ἀλέξασθαι, pro ἀληξήσασθαι, quidni, per Syncopen, pro ηὐξήσατο eodem jure dictum interdum fuerit ηὔξατο? Sed, inquit, imperfecta hîc miſta ſunt, ἠμύνετο & συνέπεσον. Verùm hæc tempora paſſim miſcentur & conjunctim leguntur.

Verſu 19. eſt ὡς ἔοικε τοῖς σοφωτάτοις, *ut videtur ſapientiſſimis*, quod Græcum eſſe negat *Phileleutherus*; quia ἔοικε, dativo ſequente, nihil aliud ſignificare poteſt, quàm *ſimile eſt*, *decet*, *par eſt*. Verum eſt hanc eſſe ſolitam vocis ſignificationem, ſequente dativo. Sed primùm, in hac loquutione ὡς ἔοικε, *ut videtur*, vel ſolâ voce ἔοικε prolatâ, ſubaudiendum μοι, aut aliquid ſimile. Ideóque nihil eſt hîc, niſi analogicum. Sed nec deſunt exempla. Debuiſſet *Thraſonides* non tantùm *Æmil: Portum*, ſed etiam *Lud. Kuſterum* caſtigare, qui in Μισουμένου fragmento, apud *Suidam*, vertunt ὡς ἔοικέ μοι, *ut mihi videtur*. Sic & apud *Euripidem* Rheſo, verſu 483.

Ἀρ-

Ἀρκεῖν ἔοικέ σοι παθεῖν, δρᾶσαι δὲ μή;

Quod vertitur, etiam in Editione Barneſiana: *ſatis eſſe videtur tibi accipere injurias, non inferre etiam?* Si dixeris σοι conjungendum eam ἀρκεῖν, & vertendum: *videtur ſufficere tibi pati injurias, non facere;* ſententia planè debilitatur, & interrogatio tollitur. Sic & apud *Xenophontem*, in Memorabil. Socratis Lib. IV. cap. IV, 24. cùm oſtendiſſet Socrates vitiis ſæpe eſſe pœnam comitem, virtuti verò præmium, reſpondet *Hippias:* Θεοῖς ταῦτα πάντα ἔοικε: *viſum eſt Diis hæc omnia eſſe.* Scio à quibuſdam legi θείοις, ſed eſt emendatio ex opinione vulgari nata; quâ ἔοικε imperſonale eſſe putatur, cùm ſignificat *videtur.* Cùm autem hîc agatur de opinione Philoſophorum, non vulgi, rectè emendavit *Grotius* ἔοικε τοῖς σοφωτάτοις, pro eo quod legebatur ἔοικεν, οἱ σοφώτατοι.

Verſus 20 & 21. elegantiſſimam complectuntur ſententiam, *amicorum communes non tantùm eſſe divitias, ſed & iis eſſe mentis & prudentiæ communionem. Suidas* poſtquàm è *Timæo* oſtendit proverbium, κοινὰ τὰ τῶν φίλων, à Pythagoricis manaſſe, addit *Menandrum* eo uſum eſſe in Adelphis, & continuò ſubjicit: οὐ δήπου τὰ χρήματα λέγειν μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῦ νοῦ καὶ φρονήσεως κοινωνίαν. In quibus meritò *Grotius* credidit latere hoſce duos *Menandri* verſus:

Τὰ τῶν φίλων κοιν' οὐ μόνον τὰ χρήματα,
Καὶ νοῦ δὲ καὶ φρονήσεως κοινωνία.

Contendit *Thraſonides*, quatuor tantùm prima vocabula eſſe *Menandri*, reliqua *Suidæ*, verſúmque alterum eſſe malè natum. Quaſi verò *Suidas* ſoleat ita philoſophari, & quaſi in ſenſu, aut in verbis quidquam ſit indignum ingenio *Menandri! Grotius* eo palato fuit, ut bonos verſus à malis ſecernere optimè omnium poſſet; nec quiſquam *Thraſonidi* crediderit,

*** 2 po-

potiuſquàm tanto Poëtæ. Sed docti videbatur eſſe aliena omnia faſtidire, & ſic demum Lectores crediturus putavit hominem Hypercriticum; qui ſic auderet ex alto *Grotium* deſpicere, eique malè natos verſus exprobrare. Sed vel quòd infinitivo *Suidas* utatur, λέγειν, videtur innuere eſſe ſubaudienda quæ uncinis clauſimus: *Menandrum* dixiſſe ὅλʼ οὐ δήπου [μόνον δεῖ] λέγειν χρήματα [nempe, κοινὰ] ἀλλὰ [καὶ] τὰ τοῦ νοῦ καὶ φρονήσεως κοινωνίαν [εἶναι.] Ceterùm non potui hæc ſcribens non ridere, cùm viderem *Thraſoniden*, recitatis hiſce verbis *Suidæ*, quibus locus inchoatur: Τίμαιός φησιν ἐν τῷ θ΄. ταύτην λεχθῆναι κατὰ τὴν Μεγάλην Ἑλλάδα, καθʼ οὓς χρόνους Πυθαγόρας ἀνέπειθε τοὺς ταύτην κατοικοῦντας ἀδιανέμητα κεκτῆσθαι: vertere ſimpliciter: *Timæus ait proverbium hoc uſurpatum fuiſſe Pythagoræ temporibus.* An ergo reliqua digna non erant, quæ ſaltem ex Editione *Kuſteri* exſcriberentur? Doctrinæ hujus Pythagoricæ videtur homo inimicus eſſe, & quem juvet ſibi communia bona adrogare, & ne quidem de amicorum ſententia quidquam facere. Riſi etiam *Gitonem*, qui in hoc loco, dum emendat typothetarum erratum, κεκβῆσθαι pro κεκτῆσθαι, in poſtremis verbis vult legi λέγων pro λέγειν, quæ eſt *Æmilii Porti* conjectura, eáque *Phileleutheri* ſententiæ planè contraria. Hinc enim ſequitur *Menandrum* eſſe, qui dicat quæ ei quidem tribuit *Grotius*, ſed abjudicat *Phileleutherus*; qui *Suidæ* eſſe cenſet, nec gratias hîc aget *Gitoni* ſuo, *Grotii* ſententiam ſequuto.

Verſu 30. mihi exprobrat me Senarium voluiſſe facere in his verbis: Ὦ μακάριόν με, γυναῖκα (non γωναῖκα, ut edidit Giton) γὰρ οὐ λαμβάνω, quamvis ne verbulum quidem hac de re fecerim. Nec γὰρ, ut ſomniat, ea de cauſa, interpoſitum; cùm ſenſum in animo habenti è calamo fluxerit, quamvis de verſu non cogitarem. Itaque delendum. Nec verſus hinc

fa-

faciendus, additâ voculâ ὅλη, cùm non conſtet an verba eſſent eodem ordine, nulliſque interpoſitis, apud *Menandrum.* Ὦ μακάρελόν με poteſt eſſe initium verſûs unius, γυναῖκ᾽ οὐ λαμβάνω finis alterius. Poteſt & aliter verſus unus inde confici, ut ſi ſcribas, Ὦ μακάρελόν μ᾽ ὅσπερ γυναῖκ᾽ οὐ λαμβάνω, aliiſque modis. Unde liquet quàm temerè & inficetè hujuſmodi emendationibus glorietur *Phileleutherus.*

Verſu 31. Verum eſt pro οἶδ᾽ οὐδὲ δεδοικέναι, debuiſſe me ſcribere οἶδεν οὐδὲ δεδιέναι, ut erat in libro; ſed propterea *vapulare* me oportere, quidquid dicat Pædagogus hic noſter, non puto: qui, licèt in ſummo otio vivat, ſæpe quædam aliud agens vitioſa ſcripſit, aut laudavit. Sic in loco *Suidæ*, de quo antea, cur dimidiam partem vertendo omiſit? Cur tot verſus pravos probavit, aut conjecturis ſuis fecit? Caſu factum erat ut Doctiſſimus *Kuſterus* omiſerit vertere ἐν τῷ θ᾽, ſuppreſſit quoque noſter. *Vapulare* ergo eum oportet. Ceterùm hæc verba putavi *Lindenbrogium* citare è *Priſciani* Lib. XVIII. quia nota ejus ſic eſt concepta: QUEM NEQUE PUDET. *Priſcian. Lib. XVIII. Menander:* Ὅς γ᾽ &c. unde & Editores *Terentii* in Hollandia fecerunt ad calcem, ubi collegerunt loca *Menandri* & *Apollodori*, quæ Comicus Latinus imitatus eſt: *Menander apud Priſcianum Lib.* 8. ubi duplex mendum, cùm *Lindenbrogius* reſpiciat tantùm ad verba *Terentii*, ut vidit incomparabilis Grammaticus *Thraſonides*; qui in ejuſmodi occupatorum hominum incuria, ſi quæ fortè occurrat, deprehendenda & exagitanda otio ſuo abutitur; nec cogitat ipſi, otioſo licèt, ſimilia poſſe exprobrari.

Verſu 33. Οὐκ ἐσ᾽ ἀνοίας οὐδὲν τολμηρότερον. Verſum hunc dixi *Lindenbrogium* tribuere *Menandro*, nec ita rem habere negari poteſt. At nuſquam dixi eſſe bonum verſum. Calumnia hæc eſt perpetua *Thraſo-*

nidis, qui ut numerum delictorum meorum augeat, ſemper eadem chordâ aberrat. Atqui, ut jam dixi, protuli verba, qualia erant, non ut verſus adcuratos. Itaque pædagogicas Tragœdias, quas de metris violatis paſſim agit, miſſas faciat, niſi ſemet ipſe exſibilandum præbere velit. Exprobrat τολμηρώτερον ſcriptum per ω, quod & *Lindenbrogii* & meum feſtinantis, aut typographicum mendum fuit; qualia crimina ſi objiciantur Litteratis hominibus, quis tandem evadet? Delicium *Eumolpi* noſtri *Giton* utriuſque manûs uſum, ferulæ Eumolpeæ ictibus, amitteret; nec evaderet ipſe *Bentlejus*, ut ſatis oſtendi. Sed vide hominis in me & *Grotium* ubique iniquiſſimi intempeſtivam æquitatem in *Lindenbrogium*. Vult eum memoriâ peccaſſe, & voluiſſe hunc verſum proferre, qui eſt apud *Stobæum*:

Οὐκ ἔς' ἀναιδοῦς ζῶον αὐθαρέςερον.

Si vel dimidia parte ejuſmodi æquitatis erga me uſus eſſet *Phileleutherus*, gratias ei deberem. Quæ memoria, quæſo, ita labitur, ut verſus adeò diverſos confundat? Cur non ei indignatur, quòd verſum vitiarit, quòd Iambici metri leges ignorarit &c.? Sed malim credere *Lindenbrogium* verſiculum alicubi legiſſe, huic ſimile:

Οὐ ἔς' ἀνοίας οὐδὲν αὐθαδέςερον.

Inſaniâ nihil eſt, quod ſit αὐθαδεία plenius, quod optimè in *Thraſonides* quadrat, qui ſibi ſoli placent, omnibus aliis inviſi. Quod de audacia mea garrit hîc Miles Glorioſus eò tandem redit, quòd auſus ſim *Grotium* ſequi, quòd auſus ſim alia fragmenta proferre, qualia erant, quæ ſatis tutò, ut oſtendi, non poſſunt emendari. Hæc, ſcilicet, intolerandæ ſunt audaciæ. At inſultare *Grotio*, quaſi neſciſſet ſyllabarum quantitatem, nec menſuram verſuum calluiſſet, pravóſque à bonis ſecernere non potuiſſet, & Linguæ Græcæ im-

imperitus fuiſſet; hæc demum ſunt modeſtiæ, ſed Phileleutherianæ, clara indicia.

VII. Plura ordine non perſequar, nec omnia dicam quæ poſſent dici, ſed in aliud tempus ſervabo. Multa de induſtria premo, quæ, ſi neceſſe ſit, depromentur. Pauca carptim nunc addam, ne hanc Præfationem nimiùm augeam.

1. In Andriæ fragmentis verſ. 7. pro ὑπερετικὸν εἶναι φασὶ τὴν ἐρημίαν, quod rectum erat, aliud agens exſcripſi ὑπερετικὴν μὲν εἶναι, ſine ſtudio emendandi verſûs, aut mutandi ὑπερετικὸν in ὑπερετικήν. Cùm ſenſus non eſſet vitiatus, nec iterum *Donatum* inſpexiſſem, ſic poſtea edidi. Verſu 9. repudiat emendationem *Caſauboni* λούσατε αὐτὴν τάχιστα, cùm eſſet apud *Donatum*, pro voce ultima, ΥΤΙΣΤΑ, profértque pro imperio, quaſi veram lectionem, — λούσατ' αὐτὴν αὐτίκα. At quis poteſt ſcire an hæ voces ita conjunctæ fuerint, aut ſitæ in verſu? An non potuit etiam eſſe — λούσατε

Αὐτὴν τάχιστα —

ex lege Iambici verſûs? Mera eſt impudentia, quæ neſcias, neque ſcire poſſis, ea ita adfirmare; attamen ſic paſſim, per totum libellum, pergit ἀλαζών.

2. Arrhephori verſ. 15. caſtigat *Grotium* quod ediderit ἀπόλλυνται τρία, cùm eſſet ἀπόλλυται apud *Athenæum*; quia nomina neutra pluralia, *ut pueris notum eſt*, frequentiùs cùm verbo ſingularis numeri conjunguntur; méque carpit, quòd non mutarim. Sed quia res erat pueris nota, exiſtimavi *Grotium* ita mutaſſe, ex antiqui Codicis auctoritate. Non indignatus eſt V. Cl. *Ricardo Bentlejo* Dictator Reip. Litterariæ *Phileleutherus*, quia in Fragm. *Callimachi* CXLV. in hoc verſu: Ἑπτὰ δ᾽ ἐπ πάντα τέτυκτο ἐν οὐρανῷ ἀστερόεντι, rejecit emendationem *Sylburgii*, πάντ' ἐτέτυκτο, ubi verbum eſt ſingulare cum neutro plurali, quod

rectum eſſe *pueri ſciunt*, & tamen legit τετύκοντο, quod eſt in plurali. Huc accedit quod πάντα τετύκοντο reſpuant leges metricæ, quod & *pueri ſciunt*, nec ignorabat vir eruditiſſimus, qui hîc aliud agebat, nec propterea tamen ferulâ feriendus.

3. Heautontimorumeni, verſ. 6. edidi ἐξ ἱςαρίε ἐκρέματο φιλοπόνως πάνυ, quem verſum ait *Thraſonides* me inſcientem corrupiſſe, quòd omiſerim τοῦ poſt ἐκρέματο. Candidè hîc profitebor τοῦ caſu à me omiſſum, neque enim emendare quidquam volui. Sed quid meritus eſt de re metrica *Eumolpus* noſter, qui ait longè numeroſiùs exſtare apud *Victorium*, ἐξ ἱςαρίε ἐκέματο τοῦ &c. cùm illud τοῦ planè vitiet verſum, qui unâ ſyllabâ abundat? Scandit, nimirum, hoc modo Metricus Doctor: ἐξ ἱσ | ταρίε | τοῦ ἐκρέ- μα | το φιλο | πόνως | πάνυ, ubi, in tertia ſede, eſt Proceleuſmaticus. Sed &, quod mireris, obſervat etiam in ſecundo loco Anapæſtum adſciſcere Iambum; quaſi non eſſet Anapæſtus illic, in verſu, quemadmodum eſt à me editus! Quod rectè à *Philargyrio* animadverſum. Tam acerbus alienorum cenſor hîc eſt ſcutica dignus.

4. Theſauri verſu 3. in fragmento, in quo *Menander* dicit à Juvenibus amori dandam eſſe operam, non à Senibus, de his ſic elegantiſſimè loquitur:

> Οἱ δ' εἰς τὸ γῆρας ἀναβολὰς ποιέμενοι,
> Οὗτοι προσαποτίνεσιν ἢ χρόνε τόκες.

Qui verò amare differunt ad ſenectutem, hi prætereà ſolvunt temporis uſuras; nimirum, præteriti, quo non amaverunt, præter ſumtus præſentis; quo nihil elegantius. Sic invenit in Codice MS. *Grotius*, cùm eſſet antè ὡραίες τόκες, *tempeſtivas uſuras* abſurdè. Noſtro *Thraſonidi*, cui nihil placet, præter ſua ipſius ſomnia, & qui ne clara quidem intelligit, ſuſpecta eſt lectio MS. mavúltque emendare ἀωρίας τόκες, hoc

hoc eſt, *temporis intempeſtivi & ſeri*, quod putat expreſſius, quàm τ̃ χρόνυ, cùm ſit planè putidum & Gallicâ nive frigidius, nam ἀωρίας non ſolvuntur τόκοι, ſed παρεληλυθότ☉ χρόνυ. Verùm & multa alia loca perſpicua & elegantia, quæ non intelligebat, corrupit, ut oſtendit *Philargyrius*. Atqui antequàm alios carperet, rem meliùs expenſam oportuit. Sed malignitas hominem occæcavit.

5. Metragyrtæ verſu 3. interpretatus ſum μηδὲν συνιδὼν κακὸν αὑτῷ, *qui nullius mali conſcius eſt ſibi*, ut antea ediderant *Sylburgius* & *Grotius*; iſque ſine dubio ſenſus eſt loci. Novi quidem συνοιδὼς, à συνειδέω, ſolere hoc ſenſu uſurpari, ſed nondum mihi conſtat συνιδὼν aliquando idem non ſignificaſſe. Attamen vult *Thraſonides* emendari συνιὼν, à συνίημι, ſed deberet eſſe συνιεὶς, ut rectè animadvertit vir doctus in *Actis Lipſienſibus* hujus anni, mente Januario, nam συνιὼν eſt à σύνειμι. Si à συνίημι deducas mutandus eſſet accentus, ut volunt Grammatici, & ſcribendum συνιῶν, quaſi à συνιέω.

6. Pædii verſu 1. εἰς πάντα δυλεύειν, *in omnia ſervire*, ait eſſe *planè barbarum Thraſonides* ille Linguæ Græcæ ſolus ſtator & vindex, niſi hanc gloriam cum *Gitone* ſuo communicari velit. Sed, ut prætermittam quæ adnotavi ad hanc Comœdiam, in iis quæ inſerui *Salvinii* adnotatis; vir idem eruditus qui in Actis Lipſienſibus de libello *Phileleutheri* egit, loca *Æſchyli Euripidis* & *Ariſtophanis* protulit, in quibus hoc *planè barbarum* loquendi genus occurrit. At *Phileleuthero* aures *planè barbaræ* ſunt, ut ex illis locis liquet, quibus adde *Euripidis* alium locum in Phœniſſis, verſu 1636. ubi OEdipus dicitur εἰς ἅπαντα δυςυχὴς, *per omnia infelix*. Qui ita peccant, ſi quo pudore tenerentur, veniam petere eos oporteret à Lectoribus, & polliceri ſe non temerè aliàs damnaturos quod ſe legiſſe non recordantur.

7. Perinthiæ primus & ſecundus verſus ſic habent:

Οὐπώποτ' ἐζήλωσα πολυτελῆ νεκρὸν,
Εἰς τ' ἴσον ὄγκον τῷ σφόδρ' ἔρχετ' εὐτελεῖ.

Senſus eſt elegans & perſpicuus, quo neſcio quis ſe ambire cadaveris pretioſa ornamenta negat; cùm *ad eamdem molem* combuſtum *deveniat*, ac vili ornatu crematum. Quærit *Thraſonides quis ita loquutus ſit*, ἔρχεται εἰς ὄγκον *venit ad molem? Menander*, ô bone, qui ſic ex Analogia Linguæ, quam ſpernis, loqui potuit. Græci enim ἔρχεσθαι dicunt interdum metaphorico ſenſu, pro eo quod eſt *devenire*, aut *pervenire* in certum ſtatum, ſequente præpoſitione εἰς, ut ἔρχεσθαι εἰς δύναμιν, quod à *Stephano* è *Platone* eſt laudatum. Ὄγκος verò hîc optimè dicitur exigua cineris *moles*, & ita ſolent Græci hac de re loqui, ut ex verbis Electræ, apud Sophoclem, geſtantis, ut putabat, urnam fratris Oreſtis liquet:

Σμικρὸς προσήκεις ὄγκος ἐν σμικρῷ κύτει.

Exigua advenis moles in exiguo vaſculo. Eò reſpicit hîc *Menander*, ut ex oppoſitione πολυτελοῦς νεκροῦ & εὐτελοῦς intelligere eſt. Perperam ergo emendabat *Thraſonides* εἰς ἴσον οἶκον, *ad parem & eamdem domum*, id eſt, *ſepulcrum*. Ac ſanè ſepulcra divitum non ſunt paria pauperum monumentis; ſed cinis cineri par eſt. Ito nunc, & ad corruptum tuum palatum ſana Veterum loca emendato!

8. Non meliùs ſe geſſit, in elegantiſſimo Hypobolimæi Fragmento, verſu 25 & ſeqq. ut oſtenderunt *Philargyrius*, & Vir Doctus in *Lipſienſibus Actis*. Pauca tantùm addam. Ægrè fert ab omnibus, qui hunc locum verterunt ὄψει verſum eſſe *videbit*, quia ὄπτομαι non eſt uſitatum in activo. Certè non proferuntur exempla, licèt hîc quoque ad Analogiam confugere poſſimus, interea dum exempla ſuppetant. Quia enim non ſunt in Lexicis, non ideò nulla ſunt. Non alio tibicine

nite-

nitebatur conjectura *Joſ. Scaligeri*, qui in *Euripidis* Electra verſ. 486. legebat: κἂν Ἔλῃ φόνιον ὑπὸ δέραν Ὄψοιμ' αἷμα χυθὲν σιδάρῳ, propter κἂν & verſum, cùm legeretur ὄψομαι, ſine dubio mendosè. Mavult quidem doctiſſimus *Barneſius* ὄψωμαι, ſed Optativus hanc in rem meliùs quadrat, quàm Subjunctivus; cùm Chorus optet Clytemnæſtræ collum amputatum videre. Sed ſi nolis retinere ὄψει, nec placeat *Philargyrii* interpretatio, mallem emendare utrobique βλέψῃ, *adſpiciet*, non magnâ mutatione, & eodem planè ſenſu; quàm pro βιώσεται, *vivet*, ſcribere βιῶν' ἔδει, quod eſt *vivere oportuiſſet*, cum *Phileleuthero*; quod nexum orationis vitiat, nec poteſt verti *oporteret*, ut in *Actis Lipſienſibus* rectè animadverſum.

Vult διατριβὰς verſu 34, eſſe *occupationes*, non *moras*, quod quo jure velit nemo intelligat; cùm poſterius tam vox Græca, quàm ſenſus, intelligi patiatur. Sed in ſomnis hoc à *Menandro* accepit.

Verſu 37. ἀπώλεσε verterunt *Geſnerus* & *Grotius*, quos ſequutus ſum, *perit*, ſenſu poſtulante; non quòd neſcirent verbum hoc eſſe activum, ſed quia norant ſubaudiendum hîc eſſe βίον & ἐφόδια βίου, *vitam* & *viaticum vitæ*, quæ anteceſſerunt & quæ quiſquis *amiſit* uno verbo *periiſſe* dicitur. Quis enim ἀπώλεσε βίον, nec tamen *periit?* Non eſt ergo quòd exclamet Pædagogus: *pereant qui me puerum docuerunt* ἀπώλεσεν *eſſe perdidit*, non *periit!* Debuerant te docere eſſe etiam *amiſit*, nec, ubi ſubauditur βίον, aliter meliùs verti poſſe, quàm *periit*. Debuerant etiam te docere verbum ἀπελαύνω habere ἀπήλασε in Aoriſto primo, non ἀπέλασε, niſi, verſûs causâ, augmentum omittatur, quod hîc nihil opus eſſe oſtendit *Philargyrius*.

9. Fragmentum *Menandri* ex incertis 77. Κοινὸν ἀγαθόν ἐστι τοῦτο χρηστὸς εὐτυχῶν, vacillare ait Metricus Magiſter, apud *Grotium* & *Stobæum*, quod falſum eſſe rectè animadvertit *Philargyrius*. Emendat ta-

tamen : Κοινὸν ἀγαθὸν τόδι ἐσθ᾽ ὁ χρηςὸς δυστυχῶν; qualem verſum ſi procudiſſet *Grotius*, numquam ab homine hiatûs veniam impetraviſſet. Sed *Phileleuthero* id facere licet, propter eximia in Rempublicam Litterarium merita, quæ in ſummis viris flagitia ſunt.

10. Fragm. 115. in his verbis : Δύ᾽ ἐσθ᾽ ἃ κρίναι τὴν γαμεῖν μέλλοντα δεῖ, Ἤτοι πρεσιώνη ὄψιν, ἢ καλὸν τρόπον, vult eſſe *ſolœciſmum ſpiſſiſſimum*, quem miratur *Grotio* fucum feciſſe. At hîc eſt *Phileleutheri ſpiſſiſſimus error*, quî neſcivit duos accuſativos τὴν ὄψιν, & τὸν τρόπον, commodiſſimè referri poſſe ad verbum κρίναι. Hoc habet à verſione *Geſneri*, ad quam verba Græca non fuerunt refingenda. Rectè, ut alia, hoc quoque notatum in *Actis Lipſienſibus*.

Tertio verſu, ubi pro τὴν γὰρ ὁμόνοιαν &c. ſcripſit *Grotius* ταῦτα γὰρ ὁμόνοιαν τὴν πρὸς ἀλλήλους ποιεῖ, ait eſſe Senarium occiſum; quod falſum eſt, in prima enim ſede eſt Dactylus, quem ſequitur Anapæſtus, aut Tribrachys; qua in re, contra pedarias leges nihil. Ipſe emendat τὰ γὰρ, quod eſt, ut obſervatum eſt in *Actis Lipſienſibus*, à Comico ſermone nimis remotum. Alia ibidem rectè notantur in noſtro, quæ non addam, quia huic Præfationi, in hoc *folio*, ut loquuntur, finem imponere conſtitui.

11. Fragment. 195. ubi eſt elegans ille locus de Prometheo, petitus è *Luciani* Amoribus, multipliciter peccavit iracundus Pædagogus. Primum eſt quòd me acriter increpet quòd γράφουσι verterim *ſcribunt*, eo quòd putet reſpici ad picturam, vertendúmque *pingunt*; quod habet à *Grotio*, nec damno. Sed non video cur, cum bona pace hujuſce Archipædagogi, non liceat dicere reſpexiſſe *Menandrum* ad *Æſchylum*; qui non *pinxit*, ſed *ſcripſit* Prometheum Caucaſo adfixum. Sic in Editionibus *Luciani* γράφουσι verterunt *dictitant*.

In ſequente verſu pro καὶ γίνετ᾽ &c. bene emendavit

davit *Grotius* τί γίνετ' αὐτῷ; λαμπὰς, *quid inventum ei? lampas.* Ἐγίνετο αὐτῷ optimè dicas pro ἐγίνετο ὑπ' αὐτοῦ vel δι' αὐτοῦ, *per illum fuit*, more Græco, ut *pueri ſciunt.* Reſpondet λαμπὰς; *fax*, quod reſpicit ad ignem, quo homines donavit. Senſus eſt optimus & elegantiſſimus: meritò Caucaſo adfixum ſcribunt Prometheum, quid enim boni per eum fuit? quid fecit? Nihil profuit, niſi quòd ignem adtulit. Poſtea ſequitur graviſſima ſupplicii cauſa, ex ſententia hujus Miſogynæ, quòd mulieres fecerit; unde liquet τὸ ἀγαθὸν, quod anteceſſit, ſignificare boni quidpiam, quod fecerit Prometheus. Senſus, quo Lampadophoria in honorem Promethei inſtituta ſpectari à *Phileleuthero* traditur, è vulgaribus *Luciani* Editionibus petitus, non è ſuo, frigidiſſimus eſt, & *Menandro* prorſus indignus.

Quod ait poſtea malè *Grotium* reſinxiſſe γυναῖκας ἔπλασεν in γυναῖκας ἔπλασε, quòd unam mulierem formarit Prometheus; quò fit ut emendet *Thraſonides* γυναῖκ' ἔπλασεν, quaſi ad Pandoram ſolam reſpiceretur; id verò & falſum & putidum eſt, locóque ipſo arguitur, ut optimè oſtendit *Philargyrius.* Agit enim Miſogynes de *gente impura*, ſeu mulieribus omnibus, non de una, réſque eſt *pueris notiſſima.* Sic *Lucianus* in *Prometheo*, ad hunc *Menandri* locum fortè reſpiciens, flagitia Promethei recenſentem Mercurium inducit; qui oſſibus, quæ in convivio adipe texerat & Iovi adpoſuerat memoratis, ἔπειτα δὲ, inquit, τοὺς ἀνθρώπους ἀνέπλασας, πανουργότατα ζῶα, καὶ μάλιστά γε ΤΑΣ ΓΥΝΑΙΚΑΣ, ἐπὶ πᾶσι δὲ τὸ τιμιώτατον κτῆμα τῶν θεῶν πῦρ κλέψας καὶ τοῦτο ἔδωκας τοῖς ἀνθρώποις: *deinde verò homines formaſti, verſutiſſima animalia, & præſertim* MULIERES, *ſupérque omnia pretioſiſſimam poſſeſſionem Deorum ignem furatus hominibus etiam dediſti.* Similia habet ipſe Prometheus, in Apologia ſui ipſius, in ſequentibus, nec res

pro-

probatione ulla indiget. Sed *Thraſonides* memoriâ ſæpe in vulgaribus laborat, & ut ei loquutiones Græcas non ſuppeditat, ſic nec fabulas ſuggerit.

Cetera omitto , ut ad ultima verba veniam, ubi cùm eſſet in Editionibus *Luciani*, καὶ νόσοι χαλεπώτατος φθόνος, nec νόσοι ferri poſſet, mutavit *Grotius* in νόσων. Quare lætus Pædagogorum Coryphæus ſolœciſmum deprehendiſſe, quia νόσος eſt fœminini generis, ſed fictâ modeſtiâ lætitiam diſſimulans, *nihil magis*, inquit, *doleo, quàm in ſolœciſmum incidiſſe* τῦ πάνυ, *qui* νόσων χαλεπώτατος φθόνος *ex conjectura edidit; hoc enim perinde eſt, ac ſi Latinè diceres, graviſſima morborum invidia.* Atqui te oportebat ſcire, ô Archipædagoge , Atticum hoc vel maximè eſſe , adjectiva quæ in ος deſinunt utriuſque generis facere. Hoc *Plutarchus* in libello , qui vita *Homeri* inſcribitur, hoc *Euſtathius*, hoc *Corinthus* Grammaticus, hoc optimi quique auctores & præſtantiſſimi poſtremorum ſæculorum te docuiſſent Grammatici; nec poſſes ignorare; ſi tam peritus eſſes Linguæ Græcæ, quàm putas, aut credi cupis. *Corinthi* de Attica dialecto verba ſic Græcè habent: Καὶ ἐπὶ θηλυκῶν ἀρσενικῶν ὀνομάτων κέχρηνται λέξεσι, ὡς Ὅμηρος, κλυτὸς Ἱπποδάμεια· ὡς παρὰ Εὐριπίδῃ ἐν Ἑκάβῃ, τὰ δ' αἰλίαν παρεῖλες ἀγγελθεῖσά μοι γυναῖος. Ceteros invenies apud *Gulielm. Budæum*, Comment. Græcæ Linguæ p. 1068. Ed. *Rob. Stephani*, & in Indice Euſtathiano *Homeri*. Sed quia non deeſſet tibi audacia, quâ negares ſimilia exempla eſſe, nec omnibus ii omnes libri ſunt ad manum, cùm hîc ſit ſuperlativus in ατος, en tibi duo exempla à *Budæo* adlata, & à me, ut diligentiùs citarentur, expenderentúrque quæſita. Sic *Thucydides* Lib. III, 101. ex diſtinctione Oxonienſi: ταύτης γὰρ δυσεσβολώτατος ἡ Λοκρὶς, nec ullam video variam lectionem illic adnotatam , niſi quòd quædam exemplaria habent δυσεμβολώτατος. Sed fortè corrum-

rumpere tentares hunc locum, mutando in δυσεσβολωτάτη, pro more tuo. En ergo alterum locum ex *Heſiodi* Theogonia, verſ. 408.

Λητὼ κυανόπεπλον ἐγείνατο μείλιχον αἰεὶ,
Ἤπιον ἀνθρώποισι καὶ ἀθανάτοισι θεοῖσι
Μείλιχον ἐξ ἀρχῆς, ἀγανώτατον ἐντὸς Ὀλύμπου.

Ἀγανωτάτην non patitur verſus, quem cultro *Phileleutheriano* reſectum tamen iri non ſpero; ut à nonnemine mutabantur omnes verſus, in quibus ſyllabam quamdam brevem inveniebat; quam, ut putabat, ſemper longam eſſe oportebat.

12. Propter reliqui ſpatii brevitatem, nihil præter duo addam, I. Fragmentum 5. *Philemonis*, ex Incertis, πλέον ἂν οὐδὲν ἄλλο ἢ ζητεῖν ἔχεις, me non mutaſſe quaſi improbarem τὸ ζητεῖν quod legitur; ſed mero caſu, cùm ſenſus eſſet idem, nec verſus corrumperetur. *E barbariæ ſpecu prodiiſſe* ἄλλο ἢ vult *Phileleutherus;* quaſi Dictatori perpetuo reſponſare nemini liceret. Si ita loquatur propter loquendi genus, quod non ſit Græcum, dicat quot exempla ejus proferenda ſint, ut contrarium oſtendatur, & illi ſatisfiet. Paſſim occurrere *pueri ſciunt.* Si propter hiatum, barbarus erit *Homerus*, qui numquam hiatus reformidavit. II. Fragmento 93. vertiſſe me ἀπονίσεται, *abibit*, non quòd deduxerim ab ἀποίχομαι, ut ridiculè ſomniat *Thraſonides* ſycophanta; ſed quia ἀποφέρεσθαι, propriè ſignificat μακρὰν φέρεσθαι, *procul auferri*, aut *ſe ſe auferre* è loco quopiam, unde & *mori* tralatitio ſenſu ſonat. Quare cùm hîc non conſtaret quo ſignificatu ſumeretur, verti *abibit.* Jam, ut *Thraſonidi* ſua reddam verba, *Crimine ab uno, diſce hominem.* Cùm mihi hîc commenta ſua tribuat, de quibus ne ſomniando quidem cogitavi, fidem illi poſthac habeto; cúmque tot loquûtionum ac vocum Græcarum uſum & ſignificationes ignoret, ab eo vel *Demoſthenem* ipſum Græcæ Linguæ cognitionem petere poſſe credito.

AD-

Adsententur ei *Gitones*, aut *Gnathones*, per me licet; nec invideo, nec miror; ſuum invenit patella operculum. Arte detrahendi & ſtolidâ ſuperbiâ ſunt pares, nec aliud hîc dicere habeo, niſi ὡς αἰεὶ τὸν ὅμοιον ἄγει Θεὸς ὡς τὸν ὅμοιον. Sed *Gitoni* auctor ſim, ut proſodiam Græcam à tanto *Modimperatore* diſcat, ne *Philargyrio* ridendum ſe præbeat. Si per aliquot dies eum audiſſet, non credidiſſet in ἐφήμερα φρονεῖν ultimam prioris vocis ſyllabam eſſe neceſſariò brevem, nec alia multa peccaſſet. Sed ego quidem cum homine contendere nolo; quærat ſibi Phileleutherianos ſcurras, cum quibus arte conviciandi & mentiendi certet. Mihi alia ſunt meliora, quæ agam. Utrique ſaniorem mentem opto.

EMEN-

EMENDATIONES

IN

MENANDRI ET PHILEMONIS RELIQUIAS,

Ex nupera Editione

JOANNIS CLERICI;

Ubi quædam GROTII *& aliorum*, *plurima verò* PHILELEUTHERI *Lipſienſis Errata caſtigantur.*

Α Δ Ε Λ Φ Ο Ι.

Paginâ 2. Τί πολλὰ τηρεῖν πολλά δεῖ δεδοικότα;
Quid neceſſe eſt multa timentem multa ſervare?

Legere forſitan præſtat,

Αἶ, πολλὰ τηρεῖν πολλὰ δεῖ δεδοικότα!

Τί flacceſſit, & ipſa ſententia.

P. 4. Ὀκτώ τις ὑποχεῖν ἀνεβόα καὶ δώδεκα
Κυάθους, ἕως κατέσεισε φιλοτιμούμενος.

Cl. *Clericus*, *Dalecampium* ſecutus, hæc ita vertit:

Octo aliquis ſuffundere clamabat & duodecim
Cyathos, *donec caput demiſit*, *contentione bibendi.*

Satis accommodè, nam ipſe *Athenæus*, καταςείειν δὲ ἔλεγον ἐπὶ τῶν ἐν τοῖς πότοις ὑποπιπτόντων, quæ aliter, mehercle! accipi non poſſunt; in omnes partes te verſa & cum Eru-

 di-

ditiſſimo *Caſaubono* ſis cautus, & plus ſolito circumſpectus. ὑποπίπτειν eſt, inquam, *in vino ſuccumbere*, nec de illis dici poteſt, qui alios *deponunt*. Dein κατασείειν κεφαλῶ locutio eſt apta, nec ita inſolita vocis κεφαλῶ Ellipſis. Sic in aliis Græci plus ſemel, ut norunt, qui linguam callent, neque ulla eſt in his ſtribligo; ſubjicit tamen Deipnoſophiſta, τὴν μεταφορὰν λαμβάνοντες ἀπὸ τῶν τοὺς καρποὺς κατασειόντων, quæ alteram *Caſauboni* interpretationem apertè ſtatuminant. Quid eligamus? nam iſta *Athenæi* ſunt ſanequàm ambigua. Mihi, dicam liberè, magni Animadverſoris ſententia perplacet; eâ tamen conditione, ut poſthac apud *Athenæum* ſcribas, καταςείειν δὲ ἔλεγον ἐπὶ τῶν ἐν τοῖς πότοις ὑποσειπτόντων, vel ὑπορριπτόντων: quod τῷ πάνυ non ſuboluiſſe miror. ὑποσείειν *proſternere*, *deponere*, κατασείειν. Sic optimè cohærent illa: ipſam *Menandri* χρῆσιν nunc ita vertas, abſque ullo alterius interpretationis intuitu,

Octo aliquis ſuffundere ſæpe clamabat, aut duodecim
Cyathos, donec id ſummo ſtudio egiſſet, ut [alios] *deponeret.*

Ut factum à Cl. *Burmanno*. Et quorſum tamen illud, *alios*, cujus nec vola, nec veſtigium eſt in Græcis? Mihi credas, ſi unicam litterulam addideris, non indigemus voce inſititia; imò vix dubito, quin legendum ſit,

— ἕως κατέσειεσε φιλοτιμούμενους.

P. 6. Πρὸς ἅπαντα δειλὸς ὁ πένης ἐςὶ πράγματα,
Καὶ πάντας αὑτοῦ καταφρονεῖν ὑπολαμβάνει.
Ὁ δὲ μετρίως πράττων περισκελέστερον
Ἅπαντα τἀνιαρὰ, Λαμπρία, φέρει.

Hunc locum ita reddidit *Grotius* ὁ πάνυ,

Mens timida ſemper pauperi eſt, atque omnibus
Se ſuſpicatur eſſe deſpicatui,
At quorum res ſunt, Lampria, meliuſculæ,
Animo obſtinatiore perdurant mala.

In qua verſione nihil eſt, quod meritò reprehendere poſſet vel ipſe *Zoilus*. ὁ μετρίως πράττων, cui res ſunt meliuſculæ, ſi τὸν πένητα, *pauperem*, ſpectas; homo ſortis mediocris, cui, quod ſatis eſt, ſuppetit; qui nec in re lauta poſitus eſt, nec in re anguſta. *Suidas:* Μέτριος· ὁ μεμετρη-

τετρυμμένην ἔχων τὴν οὐσίαν. Μετρίως ἔχειν *Polluci* Lib. V. §. 167. συμμέτρως ἔχειν, ἀποχρώντως, ἀρκούντως, ἱκανῶς, αὐτάρκως, μεμετρημένως Eodem ſpiritu ſubnectit : τὸ δὲ ἀμέτρως λέγειν, εἰ μὲν κατὰ τὸ πλέον, ἐκμέτρως, καὶ ὑπερμέτρως, καὶ περιττῶς· εἰ δὲ κατὰ τὸ ἔλαττον, ἐνδεῶς, ἐλλιπῶς, ἐλαττόνως. Nihil certius, aut indubitatius, ipſi pueri decennes ſciunt. Illic tamen reſcribas , rogo , τὸ δὲ ἀμέτρως ἔχειν. λέγειν, quod vulgò proſtat & in ipſa editione noviſſima, inficetum eſt & marcidum. Similiter μετρίως πράττειν, in hoc loco *Menandri*, *habere* , *quod ſufficit* , μεμετρημένως ἔχειν, quod, cùm de pauperculo, dici ſanequàm non poteſt ; ni eò quis audaciæ, dicam, an ſtultitiæ procedere velit, ut auream mediocritatem in ipſis vitæ anguſtiis quærat. Quis, quæſo, in dubium vocare auſit iſtam oppoſitionem inter τὸν πένητα & μετρίως πράττοντα, quam hîc rite expreſſit Virorum Præſtantiſſimus? Et ſanè, qui id fecerit, hactenus exſtitit nemo, ſi unum excipias *Phileleutherum Lipſienſem* , qui in Notis ad hunc locum : περισκελέστερον, *moleſtius*, *ægrius*, *gravius ſignificare multis probat Gutakerus ad Antoninum*; *qui tamen neſcio quomodo* conſtantius *in hoc Menandri loco accipit*, *ſimiliter ac Grotius*, *& ex utroque Clericus. Cauſa his omnibus errandi erat* ; *quod* μετρίως πράττειν *interpretarentur*, cui res meliuſculæ ſunt , cui quod ſatis ſuppetit, *& opponerent* τῷ πένητι. *Atqui* μετρίως πράττοντα *etiam pauperem denotare*, *& opponi* τῷ πλουσίῳ καὶ εὐτυχοῦντι , diviti & fortunato, *res notior eſt*, *quàm ut exemplis hic egeat. Hoc autem poſito*, *jam illud* γὰρ, enim, *quod rationem pollicetur ſententiæ præcedentis*, *evincit planè de* paupere hîc, *ut priùs* , *agi* , *non de* divite. Arrigite aures, Pamphili, hæc nova ſunt & exquiſita : μετρίως non eſt nota medietatis, ut didiciſtis in hunc uſque diem à pullata Grammaticorum turba, ſed *longè minus*, *ipſum minimum* , μετρίως πράττειν, κακῶς, ἐλλιπῶς, ἐνδεῶς πράττειν: idque certum adeò ac perſpicuum, ut res exemplis non indigeat. Quid quæritis? ipſa illa exempla? ſed quorſum ambages ! cur iſta repetere ab ultima uſque Thule? En argumentum Achilleum planè & omnium validiſſimum , quo facilè abſque exemplis id probari poteſt : ὁ μετρίως πράττων τῷ πλουσίῳ opponitur, καὶ εὐτυχοῦντι, conceditis nonne? imò nihil indubitatius eſt, auguror. Eadem igitur operâ, concedatis neceſſe eſt , ὁ μετρίως πράττων non eſt, quem hactenus crediditis; ſed ipſe pauper, miſerrimæ conditionis homo, qui totus ab alterius munificentiâ pendet. Nam ex iſta oppo-

ſitione id neceſſariò fluit & *ἀναγκαίως*, ne ipſe Pyrrho dubitet. Τὸ *μέτριον* non eſt, nec fuit umquam in rerum natura; omnes vel pauperes ſunt, vel divites; vel ſapientes, vel ſtulti; vel formoſi, vel deformes. Modus non eſt in rebus, Grammaticorum eſt commentum eſt eorum, qui barbam & tribonium colunt, veſtimentum ſquallidum. Dic, ſodes, ubi nobiliſſimam hanc doctrinam, ubi admirabilem hanc ratiocinandi artem, quâ omnes Chryſippos facilè illaqueare potes, didiciſti, nam id ſcire eſt è re noſtra? An in Schola fortè Socratica, quam primus aperuit elegantiarum pater in ſuis Νεφέλαις? imò iſtas ab Amanuenſium ſordibus expurgaſti credo, inde ſpolia hæc opima. Gratulor, gratulor. Sed mirum tibi accidit, cur *σκληρότερον* reddiderint Viri Egregii, *obſtinatius*, *conſtantius*; ne iraſcaris quæſo, ſi hanc *σημασίαν* nunc iſtis Sophocleis ſtabiliam:

> Ἅπανθ' ὁ μακρὸς κἀναρίθμητος χρόνος
> Φύει τ' ἄδηλα, καὶ φανέντα κρύπτεται.
> Κοὐκ ἔσ' ἄελπτον οὐδὲν, ἀλλ' ἁλίσκεται
> Χὠ δεινὸς ὅρκος, καὶ ΠΕΡΙΣΚΕΛΕΙΣ φρένες·
> Κἀγὼ γὰρ ὃς τὰ δειν' ἐκαρτέρουν τότε,
> Βαφῇ σίδηρος ὥς, ἐθηλύνθην στόμα
> Πρὸς τῆσδε τῆς γυναικός.

Adhæc ſcias particulam *γὰρ* rectè adhiberi in oratione Antithetica, quando duo oppoſita ſunt juxta ſe poſita, & ita per modum oppoſitionis aliquid exponitur. Taceo, quòd *γὰρ* & *δὲ* ſæpe habita ſint pro *ἰσοδυνάμοις*, ut alterum alterius expleat vices; nam id ſciunt illi, qui in Lingua Græca aures habent ſubactas, & Antiqui Grammatici docent; præterquàm quòd, in his ipſis fragmentis, id deprehendere liceat. Quare bene eſt, Vir Egregie, quod magnum illum nugivendum, qui digitis ſuis impuris cariſſimum illud *γὰρ* petulanter adeò contrectavit, facinus enorme & atrox quantocius expiare jubeas, nam hîc non agitur, mehercle! de re minima. Sed ſeriò. Ut tandem liberè dicam, quod ſentio, hæc tua ſunt putidiſſima & in his talibus errare, mihi credas, longè tetrius eſt, quàm vel centenos Iambos ad inſtar Penthei diſcerpere. Nam cùm ita ſcribis, tute ignoras, quæ reverâ ignorat nemo nec ignorare poteſt, abſque ſummo dedecore; at Senariorum leges pauci intelligunt, & paſſim temerarunt Viri Eruditiſſimi. Ut *Grotium* nunc mittam & alios, quorum

cre-

crebros in re metrica errores hîc congerere nec vacat, nec lubet, inſpicias modo Doctiſſimi *Cubnii* & Cl. *Hemſterhuſii* Notas in *Pollucis* Onomaſticon, & Muſas in perpetuum mihi iratas habeam, ſi verſus ſenarii, quos illi procudunt, hiſce Menandrianis ſint limatiores. Et cur itaque tela tua triſulca in hunc hominem vibras, qui Muſas præcipuè ſeveriores colit, & ipſe in ſua Præfatione ait: *Sed ſunt multa loca ex Athenæo, aliiſque depromta, in quibus nihil conjecturæ conceſſimus; quòd nimis hiulca & depravata eſſent, quàm ut tutò emendari poſſent; ea fermè protulimus, qualia exſtabant, licèt verſibus ſua menſura minimè conſtaret. Itaque etiamſi ea in verſus digeſta, ut cetera, vides, nec quidquam ea de re in Notis dixi; cave credas omnia à nobis pro bonis & integris verſibus proponi. Satis quidem liquet fuiſſe verſus, ut ex nonnullis integris, pedibúſque extremis videre licet; ſed additiones, detractiones, inverſionéſque, & alienarum etiam vocum admiſtiones obſtant quominus poſſint in integrum reſtitui.* Iſta ter quater legas, relegas, precor, ut ita animum compeſcas & iram. Nam ceteroqui metuo, metuo vehementer, ne atra bilis tibi ſit nocitura. Sed forſitan toxica tibi miſcuit Gallus. Si ita ſit, ure, ſeca.

A Λ I E I C.

P. 8. — παχὺς γὰρ ὗς ἔκειτ' ἐπὶ στόμα.
Ἐτρύφησεν, ὥστε μὴ πολὺν τρυφᾷν χρόνον.

Quæ hic conjungit *Cl. Clericus*, in Libris *Athenæi* inſerto καὶ πάλιν ſeparantur. Nam ſic ille,

παχὺς γὰρ ὗς ἔκειτ' ἐπὶ στόμα.
Καὶ πάλιν.
Ἐτρύφησεν, ὥστε μὴ πολὺν τρυφᾷν χρόνον.

An iſta diſtinctio forſitan à Librariis, vel Grammatico quodam naſuto? Sit ita, per me licet. Nam iſta quidem rectè cohærent. At, quia mox ſequitur, καὶ ἔτι, & Eclogarum ſcriptores, quando de eadem re plures adducunt χρήσεις ex uno eodemque Auctore, ita ἢ πάλιν, καὶ ἔτι loco connexionis uti ſolent; ſeparentur potiùs, ut hactenus fuerunt ſeparata, ne in Libris Vetuſtis quicquam te-

temerè videamur immutaſſe; inprimis ubi ſenſus nunc, ad ſuam integritatem, id fieri non efflagitat.

> Ἴδιον ἐπιθυμοῦντι μόνος μοι θάνατος ἔτος φαίνεται
> Εὐθάνατος.

Ita edidit *Grotius* pro ἴδιον ἐπιθυμῶν μόνος, ut *Athenæus* habet. Potuiſſet longè acutiùs,

> Ἴδιον ἐπιθυμῶ τί· μόνος μοι θάνατος ἔτος φαίνεται
> Εὐθάνατος.

illud ἴδιος ita ἁπλῶς mihi non adridet & aures offendit delicatiores.

P.10. Εὐπορούμεθα δὲ μετρίως ἐκ κυλίκων χρυσέων,
Περσικαὶ στολαὶ δ' ἐκεῖναι πορφυραῖ, τορεύματα.
Ἔνδον εἰσ' ἄνδρες, ποτηρίδια, τορεύματα,
Κἀκ τυπωμάτων πρόσωπα, τραγέλαφοι, λαβρώνια.

Ut Auctor Anonymus, ſic dudum in Verſus Trochaïcos hæc digeſſeram ipſemet ego: nihilque facilius, ita vivam ac valeam! nam eò tendunt ipſa verba. In ſcabioſis & adflictis, non eodem modo verſati ſumus. Nam verſu primo legebam tunc,

> Εὐπορεῦμεθ' οὐδὲ μετρίως ἐκ κυλικίων χρυσείων.

Quod ne nunc diſplicet. Scilicet, mundum convivalem, ſi quid video, celebrat quiſquis eſt, qui hæc pronunciat; de *caliculis aureis* proinde locutus ſit potiùs, quàm de *auro* in genere. De auro ex *Cilicia* & ejus fama celebri nunc nihil recordor. Κυλικίων χρυσείων, ut apud ipſum *Thucydidem*, μέταλλα χρύσεια, ἀργύρεια, ne forma vocis alicui diſpliceat hoc loco. Elegans autem eſt illud ἐκ κυλικίων χρυσείων, pro κυλικίων χρυσείων, ſciunt Eruditi. In εὐπορεῦμεθ' οὐδὲ conſpiramus ambo; quod mirum non eſt, ubi iſta emendatio ita perſpicua eſt & manifeſta, ut ſe ſponte ſuâ in omnium oculos ingerat. Verſu ſecundo,

> Περσικαὶ στολαὶ δ' ἐκεῖναι πορφυραῖ. μύρωματα
> Ἔνδον &c.

Ut ne Tautologus ſit elegantiſſimus *Menander*, qui eamdem vocem mox repetiiſſet; abſit ut vel ego credam, vel elegantiorum quiſquam! Rectè autem μύρωματα; nam in ſupel-

pelectili convivali vel præcipuè *unguenta*, quæ ſumebant accubituri. Quod ſi tamen alicui adblandiatur magis,

Περσικαὶ στολαὶ δ' ἐκεῖναι, πορφυρᾶ τε στρώματα,

Quæ Auctoris Anonymi eſt conjectura, non obloquar, modò tunc poſt vocem στρώματα verſum στιγμῇ τελείᾳ claudat. Et hæc proferuntur δεικτικῶς: *iſtæ ſtolæ accubitoriæ Perſicæ ſunt celebratiſſimæ, iſta ſtragula purpurea*, quæ mellita ſunt. Solent illi, qui putidiſſima φιλαυτίᾳ ducti res proprias laudant, id quod omnes & ſinguli vident ac ſciunt, χαρακτηρίζειν & palam commemorare; hanc εὐήθειαν pulchrè imitatus eſt elegantiarum pater, cùm glorioſus ille hoc loco ſtolas Perſicas & ſtragula purpurea, quæ adſtantes ſuis oculis intuebantur, & omnes facilè poterant dignoſcere, nihilominus *Perſicas* vocat & *purpurea*: quid venuſtius? Imò in his ſimilibuſve ſummus eſt lepos. Eodem modo accipiendus eſt verſus antecedens; nam cùm ita infit,

Εὐπορούμεθ' οὐδὲ μετρίως ἐκ κυλικίων χρυσείων.

Quæ digito commonſtrat homo, ipſe dicit, quod alios dixiſſe oportuit, ſi cerebrum habuiſſet miſer: nihil notius eſt; ſic ſolent iſta corcula. Et hæc quidem adſtantium oculis expoſita erant; ſequitur nunc appoſitè,

Ἔνδον ἔστ' ἄνδρες, ποτηρίδια, τορεύματα,

Si modò ita legas, ut ego quidem legendum eſſe non dubito,

Ἔνδον, ἔνδον, ἄνδρες, ἔστι ποτηρίδια, τορεύματα,

Ne litterâ mutatâ, ſi animum advortas ad morem ſcribendi priſcum, cujus veſtigia in libris Antiquis, ὅσα κόνις. Ipſa repetitio τοῦ ἔνδον elegantiſſima eſt, & unicè accommodata ad mores & ingenium eorum, qui è re propria gloriolam captant, & maxima minima extollunt, ultra quàm fas eſt; & hanc venuſtatem ne leviter attingit Auctoris Anonymi ſuſpicio. Plura autem poculorum & vaſorum genera, præter labronia & hircocervos, hîc fuiſſe enumerata facilè in animum induco, ut credam. Nam hoc certò promittit hominis ineptientis indoles; ſed iſta deſcribere neglexit *Athenæus*, cujus propoſito τὰ λαβρώνια abundè poterant ſatisfacere. In verſu quarto, nulla ne minima eſt difficultas: cur tamen λαβρώνιοι ſubſtituit Auctor Anonymus pro λαβρώνια, ut ipſe *Athenæus* habet hoc loco; an

 quia

quia mares plus adamat homo , quàm Hermaphroditoi? At *Clericus* ille ediderat, ſcio, λαβρώνια, quod non poterat non diſplicere Viro Egregio, cui quicquid à *Clerico* proficiſcitur ſummopere diſplicet, verum ſit, nec ne. Quæ barbaries, exclamas, quæ inhumanitas ! ſed linguam comprime, quiſquis es. Illéne inhumanus , illéne barbarus, qui ſingula ferè, quæ *Dalecampio*, & *Caſaubono* exprobrare poterat, ſoli nunc exprobrat *Clerico*, adeóque uni, cùm poterat tribus? Ad corvos cum tua maledicentia, dignus es patibulo.

P. 12. — — * Ἐκλελάκησεν
Ὁ χρηςὸς ἡμῖν μοιχὸς, ἀλλ' ἀντάλλαγος.

Ita Cl. *Clericus* pro ἐκλελάκτικεν, quod omnes *Suidæ* editiones occupat , & probum eſt haud dubiè ac genuinum. Factum nollem. Sed homines ſumus; ſic errant aliquando Viri Eruditiſſimi, dum nimis properant, aut animum habent alibi occupatum. Illud ἠύξατο eo ſenſu , quo à Præſtantiſſimo *Grotio* acceptum fuit, illud ὄψει, *videbit*, quod in alio *Menandri* fragmento occurrit & *Grotio* pariter aliiſve Interpretibus obfuit , rogo te , *Phileleuthere*, quiſquis es, an errorem gignit adeò abſimilem ? quid? quod Vir ille Eximius , ad quem tranſmiſſus fuit tuus hic Emendationum faſciculus, in re notiſſima & cuivis obvia erraverit ipſe, cùm in elegantiſſima ſua Diatriba, quæ inſcribitur Ζεὺς καταιβάτης, *pag.* 56. *Euripidis* Interpretem ita emendare aggreditur , ἐν τῇ ἀκροπόλει ἱδρύσατο Ἀφροδίτης ἱερὸν ἐπικαλῶν Ἱππολύτῳ. Nam debuiſſet ſanè, ut ſub ipſo ferulæ ictu didicerat, ἐπικαλοῦσα, ubi ipſe notat hæc de Phædra dici, non viro, ſed fœmina. Plura congerere poſſem, ſed nolo, & quæ nunc ſcribo, invitus ſcribo & coactus, ut nihil humani ab homine alienum eſſe ſcias. Parata eſt in his venia, *Clericus* ſit, an alius quiſpiam. Agamus aliud. Deſumtum eſt hoc fragmen ex *Menandri* Piſcatoribus; hinc mihi ſuſpicio aliquando ſuborta fuit pro μοιχὸς ſcribendum forſitan κόχλος , quod Dramatis titulo apprimè conveniat. In piſcatorum nunc ſumus conſortio & inter ipſos fortè piſcantes. Sed hoc non urgeo; illud potiùs, hæc

* Mendum eſt typographi pro ἐκλελάκηκεν, prout ſcripſerat *Clericus*, pro ἐκλελάκτικεν, cùm aliud ageret. Nemo, niſi fatuus *Phileleutherus*, talia exprobret.

hæc ita opportuniùs, & ad mentem *Suidæ* adcommodatiùs poſſe diſtingui,

— — Ἐκλελάκτικεν.
Ὁ χρηςὸς ἡμῖν μοιχὸς ἀλλ' ἀντάλλαγος.

Nam in gratiam vocis ἀντάλλαγος hæc adducit, adeóque quò plenius eſt orationis colon, in quo vox iſta reperiebatur, eò meliùs ſe habebit ipſa citatio. Et hoc verum exputo.

P. 12. Δυ' οἰκίας φηλῶν γερόντων, ὡς λέγεις, Ἀβελτέρων.

Sic pleniùs *Suidas*, quàm *Ariſtophanis* Enarrator Antiquus, qui & φηλῶν habet pro φηλῶν; ſed iſta quidem diverſitas puſilla eſt, nullius ferè momenti. Itane, ais, ubi perſpicaciſſimus ille *Hemſterhuſius* in ſuis παρεκβολαῖς ad *Pollucis* Onomaſticon *Lib.* IX. *Segm.* 135. de re, quam tu puſillam vocas, ſeriò ita ſcribit: *Utra ſit præferenda lectio eſt in ambiguo: Suidam tamen malè cepiſſe exiſtimo, legendumque non* φηλῶν, *tanquam ſi verbum ſit, ſed* φηλῶν, fallacium. *Quis enim ille loquendi modus* φηλῶν δυ' οἰκίας γερόντων? Lepidè, ita ſim felix! nam ſic longè faciliùs intelligere poſſumus, quid ſit δυ' οἰκίας φηλῶν γερόντων, *duas ædes ſenum fallacium*, abſque verbo, quàm quod impuriſſimus ille *Suidas* nobis propinat. Dein ea eſt in hac expoſitione elegantia, quòd feſtiviſſimus ille *Menander*, luſu haud dubie Comico, ut certò reſcivit Vir Egregius, eoſdem ſenes ſic eodem ſpiritu φηλὰς indigitet & ἀβελτέρους, quod ita olim diſplicuit *Florenti Chriſtiano*, ut ineptiſſimam *Suidæ* γραφὴν longe prætulerit ſinceriori. Utinam in *addendis* poſtea hanc ſuam ſententiam non retractaſſet ὁ πάνυ! nam hæc talia nos beare poſſunt.

— — ἀναπετῶ
Τυτὶ προσελθὼν καὶ οὐκ ἀνέξομ' οὐκέτι.

Bene eſt, quod Auctor Anonymus τῷ ἄλλοις vindicias præſtet, & pro καὶ οὐκ in gratiam metri κοὐκ reponat. In noviſſima editione *Suidæ*, idem illud jam ad marginem mihi notaveram. Sed cur προσελθὼν mutat in προελθὼν? in eo ſanè eſt aliquid μυστηριῶδες, cujus notitiam nos miſeri & ἀμύητοι habere non poſſumus.

P. 12. — ἀμφιβλήστρῳ περιβάλλεται.

An ita Verſus Iambicus vel Trochaïcus erecto corpore incedere poteſt? Proh dolor! ubi es, *Phileleuthere*, cum tua Stentorea voce? Cur ſiles? hîc eſt iterum aliquid, in quo dentes tuos acuere potes. An legendum forſitan, ut nunc vices tuas obeam, ſed devoto prius ſceleſtiſſimo maſtigia, qui poſt *Jungermannum*, *Cuhnium*, *Hemſterhuſium*, hæc virulenta potuit concoquere,

— — ἀμφιβλήστρῳ περίβαλλε
Παῖ. —
Quantocius ſagenam injice puer.

Noſti, mea ſuavitas, ſecundam in ἀμφιβλήστρῳ corripi, liquidæ interventu.

A N Δ P I A.

P. 14. Καὶ τεττάρων ᾠῶν μετὰ τοῦτο, φιλτάτη,
Τὸν νεοττόν.

Verum eſt, τὸν νεοττόν metro videtur inimicum; ſed an propterea legendum, τὸ νεοττόν, ut in ſola habetur Editione Mediolanenſi, ubi omnes aliæ in τὸν νεοττὸν conſpirant, & iſta ſcriptura ſtabilimentum accipit à tribus Codicibus MSS. quos Pariſiis contulit Editor Nuperus, *Photio* præterea ac *Euſtathio*? Sic exputat *Phileleutherus* Noſter, qui ſola rei metricæ auctoritate armatus hanc Grammaticorum ὁμόνοιαν eodem loco habet ac pretio, quo Plauti pilos. Audaculus eſt, mehercle! & alter Manlius. Nos enim homunciones Grammaticis Antiquis, ut ut eorum indolem habeamus perſpectam, tamdiu ſolemus & linguâ & calamo adeſſe, quamdiu abſque veritatis ſimpliciſſimæ præjudicio poſſumus; quod conſilium in his quoque ſecutus τὸν νεοττὸν, cariſſimum caput, rogo ne tangas, ſanum eſt, ita ſim felix, & intemeratum. Sed quid? σκυθρωπάζεις? me miſerum & ter, quater infelicem, cui exitium minatur aniculæ vultus! Itane, itane, ais, amphimacrum in prima verſûs Iambici ſede! Ignem, ignem. Sed nihil acerbius, Virorum Humaniſſime, amicè agimus, non ſum *Clericus*. Illud νεοττὸν, quod te momordit, dicam breviter, in metiendo fit δισύλλαβον & in principio notiſſimam pa-

patitur συνίζησιν, ſimiliter ut θεὸς apud *Euripidem* plus ſemel, aliáve alibi. Et quid itaque commiſimus? imò jam ab Orco ſumus reduces. Nam en, en evaneſcunt rugæ, ſuccedit viſus amabilis, molliculus, blandus.

P. 14. Νῦν δ᾽ οὐδὲν λέληθάς με ἄν.

Scribas, moneo, ut vocalium turpis evitetur hiatus & verſui bene ſit,

— Νῦν δ᾽ οὐδὲν λέληθάς μ᾽ ἄν. —

Ibid. Λύσατε αὐτὴν τάχιστα.

Rectè Auctor Anonymus,

— — λύσατ᾽ αὐτὴν αὐτίκα.

Pro ΥΤΙΣΤΑ libri meliores ΥΤΙΣΑ, quod vero propius. Malè ſit frigidiſſimo Gallulo, qui acutius quid excogitare non potuit, quàm magnus ille Literarum Stator, *Iſaacus Caſaubonus* excogitaverat olim. Plus diligentiæ, plus acuminis ab eo exigimus & meritò quidem.

P. 16. Σκηλύψασα σὺ μυῤῥίνας τῇδε ἔκτεινε.

Depravatiſſimum eſt, quod vulgò proſtat in Commentariis *Donati*, ΚΟΔΕΞΙΑΣ ΣΥΜΥΡΥΝΑΣ ΧΧΗΣ ΔΙΣΤΙΝΣ, vel, ut aliæ Editiones habent & mea quoque, ΚΟΔΕΞΙΑΣ ΣΥΜΥΡΡΥΝΑΣ ΧΧΗΣ ΔΙeΤeΙΝe. Nam, quæſo, noſtine tetrius quid, aut inquinatius? hanc tamen Camarinam movere auſus eſt Eruditiſſimus *Clericus*, conatu perquàm laudabili, ſed cui non omnino reſpondit ſucceſſus; ut ſæpe viris oculatiſſimis accidit, in ita laceris ac divulſis; quare id ſatis eſt, quod hac ſuâ conjecturâ aliorum induſtriam excitaverit. Et quid igitur Auctor ille Anonymus? *Nos primo conamine*, inquit, *excudimus; neque enim in ſpineto hoc hærere libuit*,

Ἀπὸ δεξιᾶς σοι μυῤῥίνης κλάδους λάβε.

Quis credat? Hercules tuam fidem! tantáne oculorum perſpicacia præditum eſſe quemquam! Sed vulgò dicitur, ἐκ παντὸς Ἑρμῆς οὐ γλυφθείη ξύλου. Hanc Parœmiam tu tuo exemplo falſiſſimam eſſe comprobas; nam ſic ex quovis fieri poteſt quidvis. Videant tamen minùs oculati, quibus nos ſcribimus, an forſitan adrideat magis, quod & nos primo conamine excudimus,

Ἀπὸ δ᾽ ἑστίας, σὺ Μυῤῥίνα, χρῆς δυσγλυφεῖ.

Ut

Ut ſpero equidem & pænè confido : nam ſic miſeri illi litterarum ductus, quos ſatis accuratè expreſſimus, aſſequi poſſunt abſque ullo oculorum incommodo, pro ΔΙϹΤΕΙΝΕ repoſuimus ΔΥϹΓΕΝΕΙ, trajectâ ſyllabâ, ut ſæpe uſu venit in tineoſis chartis; appoſitè, ut mihi videtur, ad ſenſum; nam de *ſpurio* nunc verba fiunt, qui eleganter dicitur δυσγενής. Pro ΚΟΔΕΞΙΑϹ, ἀπὸ δ' ἑστίας, *ab ara:* quo nihil evidentius, aut perſpicuum magis. Ἀπὸ δεξιᾶς, quod viro perſpicaciſſimo placuit, mihi & commilitonibus meis incommodum creat, quin obſcurum eſt & ambiguum eo ſenſu : adhæc in eo videtur latere aliquid μυστηριῶδες, quod *à parte dextra* potiùs, quàm *ſiniſtra* verbenas ſumere jubeatur Myſis; id autem quia ſummus ille non explicuit myſta, nos balbutientes nullâ conjecturâ valemus aſſequi. Tandem pro ΜΥΡΡΥΝΑϹ ΧΧΗϹ ſcripſimus μυῤῥίνα χῆς, deletâ unicâ litterulâ, quæ à luſcitioſis Amanuenſibus malè erat repetita; ni alicui allubeſcat magis, μυῤῥίνας χῆς, quanquam nullus ego perſpicere ſum potis, cur Μυῤῥίνα minùs probum cenſeri debeat. Videatur elegans *Servii* Grammatici locus, quem Erudititiſſimus *Lindenbrogius* deſcripſit ad iſta Terentii. Notatu digniſſimus eſt.

ΑΝΕΨΙΟΙ.

P. 18. Εὐδαιμονίας τοῦτ' ἔστιν υἱὸς νοῦν ἔχων,
Ἀλλὰ θυγάτηρ κτῆμ' ἐστὶν ἐργῶδες πατρί.

Illud εὐδαιμονίας τοῦτ' mihi non adridet. An legendum,

Εὐδαιμονία τοῦτ' ἔστιν υἱὸς νοῦν ἔχων.

Vel, εὐδαιμονίας δ' ὥς ἐστιν?

Ibid. Ὁ φανός ἐστιν μεστὸς ὕδατος οὑτοσί·
Δεῖ τ' οὐχὶ σείειν αὐτὸν, ἀλλά γε ποδιεῖν.

Imò rectiſſimè magnus *Caſaubonus* ad *Athenæum*, pro ποδιεῖν, quod caſsâ nuce non emam, ποδιεῖν reſtituit, nihilque acutius; nam in libris antiquis ſibilus plus centies vocibus vel ſuperadditus, vel detractus. Ipſe ſenſus perſpicuus eſt, mehercle! & elegans. Nam in ipſa culina res agitur ante focum; quod cùm ita ſit manifeſtum, ut omnes & ſinguli id ſuo Marte deprehendere queant, ſeriò tamen

men Auctor Anonymus rogat : *quid huc facit ἀποθεῖν? quorſum cinere tegenda fax ? an cinerem ſecum ferebant, qui in plateis ambulabant ? Sed domi, inquient, ut futuris uſibus inſerviret* ; ut hiſce lepidulis Criſin elegantiſſimam peſſumdet, ſuam ſtabiliat. O, quàm λεπτολόγος eſt homo, de Viris Eruditiſſimis quàm honorificè ſentit, quibus hæc talia poterant adblandiri! Inſit tamen: *At quid hoc facit ad deficientis luminis incommodum ? quàm inepta autem frugalitas in facula unius teruncii* ? Sed tibi proponas, ὦ bone, ſenem avarum, cui unus teruncius erat, pro mille Drachmis; vidiſtine umquam aliquid lepidius, aut decentius? Mihi credas, ſic iſta frugalitas, quam tu ineptam vocas, elegantiſſimus eſt Comœdiæ χαρακτὴρ, cujus gratias ac leporem mirantur in dies Laticlavii noſtri. Quod autem de ἀποθεῖν & nota futuri temporis ſubjungis, longè quæſitum eſt & vix noſtram meretur attentionem. Nam ſic ſæpiùs Poëtæ, ut ipſi pueri norunt. Sed & ipſa verba ſi ita reſolvas, *oportet eam non quaſſare nunc, ſed mox, ubi commodum erit, cinere tegere*, an ita incommoda eſt, rogo? haud puto. Quare illud ἀποθεῖν, quod ſemper mihi placuit, ne nunc diſplicet. Sed ſic neceſſe eſt, inquies, ut verborum ordinem invertas, quem ego illibatum ſervo. Non equidem, mea ſuavitas. Nam, ut hoc ſcias, dicto ſis audiens, ipſa verba non tranſpoſuit Vir Egregius, ut metro laboranti ſuccurreret; ſed ut verſum, cui videbat ſyllabam deeſſe, ita integrum redderet & numeris ſuis abſolutum: quæ quidem nimia fuit ejus diligentia; nam nullus ego dubito, quin ipſe *Athenæus* ſciens prudénſque voculam omiſerit, quia alius illic incipiebat loqui, ſive nunc εὖ, ſeu aliud exſtiterit quippiam, quod definire non eſt meum; quia in hariolandi arte Davus ſum, non OEdipus. Et hoc certius eſt certo; nam ipſum quidem metrum in libris *Athenæi* ſe rectè habet, cum λὰ in ἀλλὰ ſit anceps, quia duæ conſonantes, quarum neutra eſt liquida, non in eadem, ſed diverſa occurrunt dictione & earum concurſus pronunciando dirimi poteſt, ut norunt, qui in re metrica bonas aliquot collocarunt horas: ut hinc diſcas etiam, quo tu colore ſcripſeris: *Quid! quod verſum ipſum ſuâ conjecturâ corruperit Vir Magnus! in fine enim Tribrachium poſuit pro Iambo, prorſus indignantibus Muſis.* Euge! Euge!

Ead. P. — — εἰσιὼν

Πα-

Παιὸν, λύχνον, λυχνοῦχον, ὅτι πάρεστι, φῶς
Μόνον πολὺ ποίει.

Ut hîc Cl. *Clericus* errat , ſic antea erravit Doctiſſimus *Athenæi* Interpres. Rectè Auctor Anonymus.

Num. 1. — — Φύσει γὰρ ἐστ᾽ ἔρως
Τοῦ νουθετοῦντος κωφόν.

Ita *Stobæus*, *Grotius* & *Clericus*: at Linguæ genius deſiderat potiùs, τῷ νουθετοῦντι κωφὸν, in caſu tertio.

Α Ρ Ρ Η Φ Ο Ρ Ο Ι. *Pag.* 20.

Num. 1. Βίου δ᾽ ἔνεστιν ἀσφάλει᾽ ἐν ταῖς τέχναις.

Stobæus elegantiùs, ut Auctor Anonymus monet, βίου δ᾽ ἔνεστι μὲν ἀσφάλει᾽ ἐν ταῖς τέχναις, quod datâ operâ immutaſſe virum longe eruditiſſimum, ut credam abſit! Caſus intervenit.

Num. 2. — Πάντας σὺ μεθύσους, Βυζάντιον,
Τοὺς ἐμπόρους ποιεῖς.

Hæc optumè conſtituit Auctor Anonymus. Πάντας μεθύσους ἐμπόρους ποιεῖς τὸ Βυζάντιον, quod Cl. *Burmanno* perplacet, obſcurum eſt & mihi non probatur. Sed quid eſt, quod *Phileleutherus* Noſter ait: *iterum hic Vir Cl. deceptus eſt à Grotio, qui poſt Caſaubonum ad Athenæum miras hic turbas dedit*? Nam mihi, dum ſingula paullò accuratiùs conſidero, *turbas* hic adeò *miras* deprehendere non licuit. Si cum *Menandri* Thraſonide, vel Plauti Milite glorioſo negotium nobis intercederet, res omnis in propatulo; nunc neſcio, quid ſibi velit Viri Egregii annotatiuncula; ut nec illud, quod ex iſta *allocutione ad Byzantium*, quàm ſibi confinxit *Grotius*, ipſam Scenam à viro ſummo eadem operâ ibi collocatam fuiſſe concludat gnaviter. Quàm blæſi ſumus, quàm hebetes! quàm perſpicax ille, quàm acutus! videre poteſt, quod Eruditorum hactenus nemo.

Num. 3. — Α. οὐ γαμεῖς ἂν νοῦν ἔχῃς
Τοῦτον καταλιπὼν τὸν βίον· —

Athe-

Athenæus diſertè, ἐάν γε νῦν ἔχῃς, quod purumputum eſt & ab Erudititiſſimo *Grotio* interpolatum fuit nulla alia de cauſa, diſcas hoc *Phileleuthere*, quàm quia iſta particula γε forte fortunâ Viri perſpicaciſſimi oculos effugerat, ceteroquin ἐάν γε non tetigiſſet, mihi credas, ὁ πάνυ. Nam homo non erat ita bardus. At *idem*, inquis, *etiam clanculum corrupit verſum hîc octavum.*

Οὐ τῶν τελάκοντ' σὺν ἀπόλλυνται τρία
Πλοιάρια.

Quippe Athenæus ἀπόλλυται *habet. Cùm neutra nomina pluralia, ut pueris notum eſt, frequentiùs cum verbo ſingularis numeri conſtruantur.* Egregia mehercle! obſervatio, & cui non immeritò ſubjicis: *hæc animadvertiſſe Viri Cl. erat, ſi expectationem, quam de opere ſuo commoverat, explere valuiſſet.* Sed bonum factum! bonum factum! Adeſte omnes Reipublicæ Literariæ Patres Conſcripti, & Virum non re, ſed nomine Magnum, jam nunc in gratiam Auctoris alicujus Anonymi ad puerorum ablegate ſubſellia; ſtipites ſunt, papavera, fungi. Cedo vobis illud ἀπόλλυνται, quod ab ultima morbonia accerſivit Vir Eximius, non, ut vos credidiſtis hactenus omnes, ob inſignia ejus in rempublicam promerita, ex Typothetarum ſpurca prodiit officina. Verſu ſexto, legendum eſt cum præſtantiſſimo *Caſaubono.*

Εἰς πέλαγος αὐτὸν σ' ἐμβαλεῖς γὰρ πραγμάτων,

αὐτὸν ἐμβαλεῖς, quod nunc proſtat, nec mihi ſatisfacit. Verſus ſeptimus bonam partem mutilus eſt; nam nunc habemus modò illa,

Οὐ Λιβυκὸν, οὐδ' Αἰγαῖον,

Reliqua deſunt. Lacunam ita ſupplet *Grotius* ὁ πάνυ:

Οὐ Λιβυκὸν, οὐδ' Αἰγαῖον, οὐδ' Αἰγύπτιον.

Non invenuſtè, ſed ut longè tamen præferam ego,

Οὐ Λιβυκὸν, οὐδ' Αἰγαῖον, οὐδ' Ἰώνιον.

Quod Illuſtriſſimo *Scaligero* placuit, ut teſtis eſt magnus *Caſaubonus*; nam illud Αἰγύπτιον, dicam liberè, mihi non ita adridet; inprimis ubi Λιβυκὸν præceſſit. Fors tamen fruſtra adnitimur verſum, quem ipſe *Athenæus* non deſcripſit integrum, integritati reſtituere: interjecta hîc fuerint aliqua, ut centies contigit in his fruſtulis, quæ nihil tranſ-

tranſcribere adtinebat. Et viſne calidius quid? dicam tibi, à cachinnis modo abſtineas, quod nunc inter ſcribendum mihi incidit, & ſi non ſit præciſè verum, verùm tamen eſſe poteſt: quid ſi locus integer ita ſe habuerit olim,

A. Πέραινε· σωθείης καὶ νῦν· ἀληθινὸν
Εἰς πέλαγος αὐτὸν σ' ἐμβαλεῖς τῶν πραγμάτων,
Οὐ Λιβυκὸν, οὐδ' Αἰγαῖον. B. ἀλλ' Ἀφροδίσιον.
A. Οὐ τῶν τελήκοντ' οὐκ ἀπόλλυται τρία
Πλοιάρια· γήμας δ' οὐδὲ εἷς σέσωσθ' ὅλως.

Imò, mihi credas, ſic nihil venuſtius, nihil lepidius. Nam cùm alter ille de matrimonio ejúſque conditione agebat ſeriò & ut Virum Philoſophum decet; ſponſus, homo lepidulus, ut non obſcurè innuunt iſta, Δεδογμένον τὸ πρᾶγμ', ἀνεῤῥίφθω κύβος, quæ proferuntur cum quadam animi levitate, poſt οὐ Λιβυκὸν, οὐδ' Αἰγαῖον, feſtivè interſerit ac χαριέντως, ἀλλ' Ἀφροδίσιον, ut ita Viro Graviſſimo fucum faceret. Sic ſolent illi, quibus nihil eſt in nuce duri, ſic centies Comici, etiam hodie. Eleganter autem ſibi confinxit πέλαγος Ἀφροδίσιον, ſive rem, ſive verba ſpectas. Nam ſi mare aliquod Libycum, ſi Ægæum; erat ſanè, quod Ἀφροδίσιον poterat dici, ubi ipſa Venus, ut vel pueri norunt, è mari orta. Sed hoc per modum conjecturæ, non ſum ita fatuus, ut hæc pro veris cuiquam obtrudere velim. Illud tamen teneo, nec mihi nunc extorqueri ſinam, vel hoc, vel aliquid ſimile, quod interſecabat orationis filum, adeóque tuto & abſque ullo ſententiæ poterat omitti diſpendio, à Deipnoſophiſta oblitteratum eſſe & hic deſiderari.

Num. 4. - - Πάντ' ἐστὶ τῷ καλῷ λόγῳ
Ἱερόν. ὁ νοῦς γάρ ἐστιν ὁ λαλήσων Θεῷ,

Et mihi perplacet, quod *Juſtinus* poſuit,

- - ὁ νοῦς γάρ ἐστιν λαλήσων Θεός.

Pro πάντ' dubito an legendum ſit πανταχῇ. Nam πάντ' ſcriptum ſit pro παντὶ, ſenſus eſt optimus nec oratio σολοικίζει. ἱερόν ἐστι παντὶ τῷ καλῷ λόγῳ idem, quod παντὶ καλῶς φρονοῦντί ἐστ' ἱερὸν, quod elegans eſt oppidò! & emphaticum. Sed & πάντα, ſi rem ex vero æſtimemus, liberum eſt à ſolœciſmi nexu; nam præpoſitio κατὰ hîc, ut centies alibi, ſubaudiri poteſt, ut ſit κατὰ πάντα ἱερόν ἐστι τῷ καλῷ λόγῳ, in quo nulla, mehercle! eſt ſtribligo.

Num. 7.

Num. 7. B. Ἐς κόρον ἤδη πώποτ᾽ ἔπιες, Σωσίλα,
Πᾶσι νῦν, πῖθι γὰρ κακῶς.

Apud *Athenæum* vulgò,

Βάλλ᾽ ἐς κόρον ἤδη πώποτ᾽ ἔπιες, Σωσίλα,
Πᾶσι νῦν πῖθι γὰρ κακῶς.

In antiquiſſima Editione Aldi voce auctius, πᾶσι νῦν, μᾶθει γὰρ κακῶς. Lego certiſſimè:

A. Βάλλ᾽ ἐς κόρον· ἤδη πώποτ᾽ ἔπιες, Σωσίλα;
Σωσ. Παῖ, οἶνον. — A. πῖθι, μαίνῃ γὰρ κακῶς.

In quo, auſim tibi polliceri, Atticæ vernilitatis eſt non parum. Illud βάλλ᾽ ἐς κόρον inprimis elegans eſt ac lepidum; nam cùm ita biberet Soſilas, ac ſi vinum nunquam bibiſſet antea, atque in id tempus abſque potu vitam tranſegiſſet aridam, ὥσπερ οὐδέποτε ἔπιε, & proinde, quod jecori humectando eſſet ſatis, vix ac ne vix poſſet ingurgitare; feſtivè inquit ille, βάλλ᾽ ἐς κόρον. *Precor, ut tandem ad ſaturitatem pervenias; ut tandem fias ſatur; ad ipſam ſaturitatem quantocyus abi.* Quid opportunius? inprimis, ubi continuò ſequitur ipſum illud, ἤδη πώποτ᾽ ἔπιες, Σωσίλα; De lectionis ſinceritate *Caſaubonus* dubitat ad *Athenæum*, dubitat *Phileleutherus* noſter, huic notiſſimum illud βάλλ᾽ ἐς κόρακας præplacet, illi βάλλ᾽ ἐς φθόρον; uterque, ſi nihil mutandum ſit, βάλλ᾽ ἐς κόρον civiliter, & κατ᾽ εὐφημισμὸν dictum cenſet, pro βάλλ᾽ ἐς κόρακας. Mihi credas, errant lepidè; figura Comica, de qua altè ſomniant, in his nulla, ipſas dictionis elegantiſſimæ gratias turpiter enecant. Quare hæc ita ſimpliciter accipias rogo. Mox pro πᾶσι νῦν lego παῖ, οἶνον, quod ita feſtivum, ut nihil ſupra, ſcias modò quid diſtent æra lupinis: ipſa emendatio autem ita facilis, ut *ſemiſomno* in mentem venire poſſet; nam ubi ſibilum mutaris in ὁ μικρὸν, quo nihil utique facilius, quod quæris, in promtu erit. In loco vacuo comparebant verba miniſtri, quem compellabat Soſilas, & rogabat forſitan vinum delibutum vellet, an ἄκρατον; nam ſi iſtam vocem addideris, jam ita plenus eſt Iambus,

Σωσ. Παῖ, οἶνον. Π. ἄκρατον; A. πῖθι, μαίνῃ γὰρ κακῶς.

Sed hoc tamen non urgeo. Illud certum, vocem unam, vel alteram nobis invidiſſe *Athenæum*, quam ipſe ille mi-

 niſter

niſter pronunciabat, qui Cantharo non *Ariſtophaneo*, ſed τῶ χαριδότου erat à poculis. Tandem μύει, quod opportunè ingerit Aldus, muto in μαίνῃ, ut factum quoque à *Phileleuthero*, & hoc elegans, quanquam non minùs appoſitum ſit τὸ μεθύεις, quòd meas præterea feriit nares. Utrum eligas, perinde eſt. Et quid exputas nunc, mi Anonyme, an hæc noſtra tuis ſunt deteriora? Imò mihi credas, prior illa emendatio tua verè eſt *jejuna*, altera apta quidem & concinna, ſed ita papavere ac ſeſamo ſparſa, ut nauſeam mihi creët, cui ſtomachus eſt debilior; nam cùm tu ita corrigis non literarum ductus, ſed ſententiæ ſecutus indolem, reverâ caudam Hippocampi, quem in aëre olim conſpexeras, ſuaviſſimè conditam nepotibus tuis adponis. Nos miſelli iſtis deliciis non fruimur.

Α Σ Π Ι Σ. *Pag.* 24.

Num. 2. — Ὦ τρισάθλιοι
Βασιλεῖς, τί πλέον ἔχουσι τῶν ἄλλων; βίον
Ὡς οἰκτρὸν ἐξαντλοῦσιν, &c.

Τὸ βασιλεῖς* apud *Stobæum* fruſtra quæras, à *Grotio* quippe additum. Ea voce reverâ non indigemus; nam de regibus ſeu Tyrannis in illis, quæ præceſſerant, potuit meminiſſe Comicus. Scribas igitur, ne litterâ mutatâ,

Ὦ τρισάθλιοι,
— Τί πλέον ἔχουσι τῶν ἄλλων; βίον
Ὡς οἰκτρὸν ἐξαντλοῦσιν.

Et in loco vacuo repone, Σίμων, Χρέμης, vel aliud nomen, quod metro non eſt inimicum & conſultò forſitan à *Stobenſi* prætermiſſum fuit; ut ſolent aliquando Eclogarum ſcriptores hæc ſimiliáve in exſcribendo omittere. Auctor Anonymus in hoc loco conſtituendo, quis credat? *turbas dedit miras*, ea oblitus, quæ *pag.* 57 animadvertit ipſe. Ad hæc mira narrat, cùm ſtatim, poſt adſcripta *Grotii* verba, ſic inſit: *Utinam & ſententiæ conſuluiſſet vir ſummus, neque pro* Tyrannos, *ut Stobæi titulus monſtrat*, reges *hic* infelices *induxiſſet*. Nam quid? tute ignoras, quod omnes ſciunt, reges ſive juſtos, ſive injuſtos, olim promiſcuè

* Sed *Grotius* habuit *Stobæi* MSS. in quibus fortè fuit.

cuè dictos τυεάννυς, ut nihil interſit eos, qui ſoli imperium tenent, βασιλεῖς vocitari an τυράννυς? Si ita ſit, vereor, ne *Clericus* & latera, & crura tibi batuat. Sed de regibus injuſtis capienda ſunt, inquies, quæ illic congeſſit *Stobæus*, ut ipſe Titulus monſtrat & inſcriptio. Ain' tu? Integrum titulum, ſi nondum perlegiſti, quæſo, quàm accuratiſſimè perlegas à capite ad calcem, & ſi id evincere queas, magnus mihi eris *Apollo*.

Num. 3. — Στρατιώτlω ϰ᾽ μικρᾶν σωτηρίας
Ὡς ἔργον εὑρεῖν πρόφασιν, ὀλέθρυ δ᾽ εὔπορον.

Cùm vulgò ſit apud *Stobenſem*, Στρατιώτlω σμικρᾶν σωτηρίας, magnus *Salmaſius* hæc ita interpolavit: Acutè, ita vivam! obſerves modò, quod ipſum *Salmaſium* fugit, nunc nemo paullò humanior neſcit, particulam copulantem antiquitus Σ majuſculo fuiſſe depictam: ut in eo, & nunc & olim magna fuit ſcribendi varietas. Quare cùm ita exaratum eſſet compendioſè, ϛρατιώτlω Σ μικρᾶν, Amanuenſis aliquis imperitus, qui artem ſcribendi compendiariam intelligebat parum; vel, ſi ita mavis, ipſi Typothetarum filii, ſtatim poſt apertas Typographiæ valvas, impertierunt nobis illud σμικρὸν vel σμικρᾶν, quod omnes noverant, cùm vel disjunctim ſcribendum eſſet Σ μικρᾶν, vel explicanda antiqua ſcriptio. Quid, quæſo, facilius! Ego ſanè in hac ſententia acquieſco nec illud Σμικρίνης, quod Auctori Anonymo adblanditur, mirum in modum, nunc adoptare cupio. *Atqui naſutus Lector*, inquit, *animadvertet illud* ϰ᾽ *μικρᾶν fruſtra onerare ſententiam, atque etiam hoc poſito ſic in redditione dicendum fuiſſe*, ὀλέθρυ δ᾽ εὔπορον ϰ᾽ μεγάλlω. Mireris Viri Eruditiſſimi acumen, quod, omni præconio majus, nunquam ſatis deprædicari poteſt. Sed ſi ſeriò ita ſentis, ô bone, quæſo ad hanc regulam exigas centena aliquot loca, quæ eodem jure corrigere potes cum *Lectore* tuo *naſuto*; rem gratiſſimam tibi feceris, non mihi, qui nimium diligentes odi.

B O I Ω T I A. *Pag.* 30.

Num. 5. Πέντε καινὰ μδ̀ ϰ᾽ πέλαντα πορφύρα.

Pro πέντε καινὰ legendum eſt πεντεκτινῇ, ut Auctor Ano-

nymus monet ; nam apud *Photium* πεντεκτενᾲ, ſi fides ei habenda ſit. An πέντε κανὰ proinde ſit Cl. *Clerici* erratum, an potiùs Doctiſſimi *Boerneri*, dicere non habeo; nam ut hîc, ita in Indice verba *Photii* exhibet *Clericus*: Pro περί-νησα, *Pollux* περίνησα ex *Antiphane* citat; quam vocem cùm à περινέω, *circum neo*, Cl. *Clericus* ſuſpicatur non incommodè deduci poſſe, nolim, mehercle! Virum Egregium ea de cauſa ita inclementer habitum eſſe ab Eruditiſſimo *Burmanno*, qui hac de re ita in Præfatione: *pag.* 31. *tentat artifex novas etiam vocum formas in moneta Clericana cuſas producere, & à περινέω, inaudita veteribus voce, derivare περίνητα; cùm hoc modò à νέω, & ejus derivatis nullam formatam oſtendere poſſit, & certiſſima ſit Grammaticorum à νῆσος, inſula, derivatio.* Nam hîc ſanè extra culpam eſt, & à crimine intentato facilè abſolvi poteſt. Quid enim? an περινέω, *circum neo*, verbum eſt in moneta *Clericana* cuſum? Nolim, ita ſentias, Vir Eximie, ubi eâ notione νέω habemus, & ἐκνέω. Verum eſt, in Lexicis vulgatis ipſum περινέω, *circum neo*, fruſtra quæras; ſed tu non is es ſanè, qui ex Lexicis ſapere ſoleas, & his quiſquiliis ita fidas, ut ipſam ſermonis Analogiam præ illis deſpicias, meliori enim auſpicio ad Linguam Græcam animum adplicuiſti. At vocem ita formatam à νέω, & ejus derivatis nullam oſtendere poſſit *Clericus*. Itane! Sed ut alia nunc prætercam, quæ in hanc rem dici poſſent, cùm ipſum illud νῆσος à νέω deductum ſit, ut omnes Grammatici teſtantur uno ore; dic, ſodes, quid obſtat, quominus à περινέω formari poſſit περίνησον, vox quoque ſubſtantiva, ſi *Heſychium*, ſi alios exaudias? Imò hoc nullus ego capio, nec tu capere potes, ſi bene te novi. Quare hîc ſanè tibi accidit, Vir Eximie, quod vulgò accidere ſolet illis, qui Theonino dente maxima minima adrodunt; animi, ſcilicet, concitati impetu abreptus, præcipitem te dediſti ipſe. Ipſam vocis Etymologiam nunc attingere non eſt animus. Aliud agimus.

Γ Ε Ω Ρ Γ Ο Σ. *Pag.* 32.

Num. 2. — Κελίθας δ' ἐὰν σπείρω, πάνυ
Δίκαιος ἀπέδωκεν τόσ' ὅσ' ἂν καταβάλω.

Ita *Grotius* pro Δικαίως ἀπέδωχ' ὅσα ἂν καββάλω, ut vulgo eſt

eſt apud *Stobæum. Plurima ſanè*, inquit Auctor Anonymus, *peccavit. Ut verbo dicam, ipſa ſententia præſens tempus poſtulat* ἀποδίδωσι, *ut fœmininum genus* ὅσας. O, quàm naſutus eſt, quàm rigidus ubique aliorum Cenſor! Sed illud ὅσας melius ſit & exaſciatius, ſic ſanè ἀπέδωκεν lubens ego præferam, quod vulgata ſcriptura promit, nec ipſa ſententia reſpuit; mihi credas. In verſu præcedenti illud ὅσα θεοῖς ἄνθη καλά, ut ipſe vertis, *quotcunque Diis grati ſunt flores*, an ita elegans eſt, ὦ *Phileleuthere*, ubi mox κίττον modò enumerat καὶ δάφνην? imò elegantius ſit, opinor, ea de cauſa *Grotii* ὡς θεοῖς. Hæc tamen & quæ præterea notas, levicula ſunt.

ΔΑΚΤΥΛΙΟΣ. *Pag.* 36.

Num. 2. — Ἀνεμιαῖον ἐγένετο,
Τὸ σπέρματ☉ δίχ' ἄρρεν☉.

Ad hæc *Clericus* in Notis: *Apud Suidam eſt*, δίχα σπέρματ☉. Grotius. *Sed fortè hæc eſt explicatio ipſius Suidæ.* Quare vix oculis meis credo, cùm in præfatione Eruditiſſimi Burmanni hæcce lego: *Pag.* 36. *ex* Δακτυλίῳ *refert fragmentum apud Suidam, quaſi omnia eſſent* Menandri *verba, cùm ſint ipſius Suidæ, qui* ἀνεμιαῖα *explicuit*, τὰ δίχα σπέρματ☉ ἄρρεν☉, *quòd ſi Neocori modò editionem diligentiùs inſpexiſſet, facilè deprehendere potuiſſet Gallulus ille, qui tot nobis* ἀνεμιαῖα *poſuit.* Phu! ſi non candidè, agamus ſaltem cautè. Eadem chordâ oberrat Vir Eximius, cùm paullò antè ita canit: *Negligentiæ & imperitiæ ſpecimen exhibet pag.* 36. *ubi agens de voce* οἰκοσίτους, *verba Cratetis ex Athenæo depravata exhibet*,

Ἀλλ' οἰκοσίτοις τοὺς γάμους πεποιηκέναι.

Et vertit, domi cœnantibus; *cùm ſi vel ipſum Athenæum inſpexiſſet, diſcere potuiſſet* οἰκοσίτους *legendum, &* γάμους οἰκοσίτους *dici, qui nullo apparatu & ſine epulis ſolemnibus celebrentur.* Nam illud οἰκοσίτοις in Cratetis Comici χωρίῳ adblandiri potuit magno *Caſaubono* ad *Theophraſtum.* Quid autem per γάμους οἰκοσίτους intelligendum ſit ex *Athenæo* docet ipſe *Clericus*, qui cùm οἰκόσιτον, *domi cœnantem* vertit, id fecit nulla alia de cauſa, quàm ut verbum verbo exprimeret,

ret, quod ſe facturum promiſerat. Doleo, doleo, mehercle! Viri Eruditiſſimi vices, qui nodos Chryſippeos ceteroquin exoſus, hic ſanè in illis nectendis quovis Chryſippo fuit habilior.

Num. 3. Ἔπει δ' ἀνὴρ οὕτως ὁ κακοδαίμων ἔφυ,
Ὡς οὐκ ἂν ἐκδοίη θυγατέρ' ἀσμένως,
Καὶ ταῦτα πεντήκοντα παιδίσκας ἔχων.

Ex *Ammonio* deſumtum eſt hoc fragmen, ſed à *Grotio* interpolatum. Nam ſic quidem habetur illic, Ἐπὶ τοῦδε δ' αὖθις οὑτοσὶ κακοδαίμων ἔφη Ὅς οὐκ ἂν ἐκδείη θυγατέρος μένος, corruptè, ut vides. Aliter Auctor Anonymus, nec imperitè: ſed ſic tamen verſu 2. legere præſtat,

Ὡς οὐκ ἂν ἐκδοίη θυγατέρ' ἀσμένως,

Nam in numero ſingulari non exigua eſt venuſtas; cùm ſenex ille quinquaginta haberet filias, ne unam elocare voluit. De duplici ἂν in una eadémque Periodo non opus eſt, ut Lectorem vel verbo admoneam; nihil enim tritius, aut vulgatius. Sic ſæpe *Euripides*, tu conſulas modo *Barneſii* Indicem.

ΔΑΡΔΑΝΟΣ. *Pag.* 38.

Num. 4. Καὶ λαῖμα βακχεύει λαβὼν τὰ χρήματα.
Et guttur bacchatur, quod pecunias ſumſit.

Ita *Clericus* locum conſtituit, vertit. An rectè? Imò ſi Auctorem Anonymum conſulas, nihil putidius, nihil ineptius. Sed, quæſo, conſulamus potiùs Eruditos *Ariſtophanis* Interpretes, ut, omni ſepoſito præjudicio, rem ex vero æſtimemus; inprimis ubi hi inter Grammaticos ſoli ſunt, quos ea de re conſulere poſſumus: locus integer ita habet: Πρὸς τὸ λαῖμα τοῦ καμήλου] Εὐφρόνιος τὸν λαιμόν. καὶ γὰρ προείρηκεν (Comicus) εἰς λαιμοὺς τεμών· οἱ δὲ ὅτι τὸ αἷμα· παραπεποίηκε δὲ παρὰ τὸ λαιμόν· ἔστι καὶ παρὰ Μενάνδρῳ ἐν Δαρδάνῳ. καὶ λαῖμα βακχεύει λαβὼν τὰ χρήματα. γράφεται καὶ δέρμα. οἱ δὲ ὅρμημα τὸ λαῖμα· ἔτι μέντοι τὸν περὶ Ἀσίαν τινὲς, ἐπὶ τῶν ἀναιδῶν, καὶ εὐτόλμων οὕτω λέγουσιν. ὅπερ συμφωνότερόν ἐστι τῷ παρὰ Μενάνδρῳ. Quæ ſi paullò accuratiùs penſites, rogo te, quiſquis es, qui veritatem adamas, an ita ineptè Vir

Cl.

Cl. λαῖμα interpretatus ſit *guttur* , inprimis ſi huic interpretationi jungas ea, quæ ipſe ſubdit in Notis: *crediderim eſſe λαιμὸν, hoc eſt, guttur, & ſignificari hominem, qui, poſt abſumtam pecuniam in epulis , indignabatur* ; & Auctor Anonymus callidè reticuit, ut ita occulto veneno hominem enecaret? Dein an ſtrenuè ille viri ingenui impleat partes, cùm hæc ita clara & perſpicua eſſe jactat, ut cuivis ad veram interpretationem pateat aditus, ut eam ignorare reverâ ſit dedecus & latiſſima imperitiæ culpa? Tandem an res ex voto homini ſucceſſerit, cùm pro λαῖμα reponat λαιμὰ mutato accentu? Et ſi extra partes conſtitutus nihil vel gratiæ, vel odio tribuas, vix dubito, quin contra Anonymum iſtum pronunciaturus ſis. Nam quid? an vox λαῖμα ita perſpicua eſt & clara? cui bono itaque tot interpretationes diverſæ? Cur ambigunt Antiqui Grammatici, qui ſermonem Græcum unà cum lacte materno imbiberant? Ad hæc, quid *Clericus* commiſit, cùm in voce difficili interpretandi *Euphronium* ſecutus ſit ducem, cùm in ſententia Antiqui Grammatici acquierit & ſignificationis duritiem, in ſubjecta notula quodammodo mitigarit? Cur autem Anonymus ille pro λαῖμα nobis obtruſit λαιμὰ, & voci aliam planè induit formam, ubi in λαῖμα Antiqui Grammatici conſpirant &, ſi illos exaudias, vox eſt ſubſtantiva, non adjectiva? an illic legerat: λαιμὰ, ἀναιδῶς, εὐτόλμως, ut liquidò teſtatur & ex animi ſui ſententia? Sed conſcientiam tuam appello, mi Lector, an hoc eſt bonâ fide nobiſcum agere, ubi ipſe Scholiaſtes non poſuit, quod impudenter nobis propinat ille, ſed longè aliud? Illud, ſcilicet, ἔτι μέντοι τῶν περὶ Ἀσίαν τινὲς, ἐπὶ τῶν ἀναιδῶν, καὶ εὐτόλμων οὕτω λέγουσιν. Quod longè etiam aliud ſonat, ut vel pueri norunt & ipſe ille *Clericus*? Quare non mihi, ſed tibimetipſi credas, nihil hactenus commiſit *Clericus*, nihil, quod operæ pretium ſit, præſtitit Auctor Anonymus. At, inquies, quid tibi videtur tandem de hoc loco, & voce ambigua, & difficili? id paucis accipe, mentem clarè exprimam. Τὸ λαῖμα, ὁ λαιμὸς, unde λαιμάω, λαιμάζω & λαιμάσσω, ut à λαιμὸς, λαιμόω, λαιμώζω & λαιμώσσω. Iſta vox cum propriè denotet *gulam* , elegantiſſimâ metaphorâ ita dictus *homo vorax*, *guloſus* , qui omnia deglutit & gulam unicè curat, ſumtâ denominatione, ut in his factum lepiduli ſciunt, à parte corporis quodammodo potiore: quia autem plerumque evenit, ut hæc gulæ mancipia homines ſint audaces & protervi, non aliter, quàm ſpurciſſima Paraſitorum natio,

 ab

ab Aſiaticis quibuſdam ἰδίως ita cœperunt dici οἱ ἀναιδεῖς καὶ εὔτολμοι. Quid facilius? quid opportunius? quare locum *Menandri* nunc ita lego & verto,

> Καὶ λαῖμα βακχεύει, λαβὼν τὰ χρήματα.
> *Et homo protervus, guloſus, audax bacchatur, ubi pecuniam habet.*

Ne litterâ mutatâ; nam quanquam λαῖμα generis eſt neutrius, propterea non neceſſe, ut λαβὼν in λαβὸν mutatum eas, cùm in his σχῆμα ſit πρὸς τὸ σημαινόμενον, quo Græcis nihil eſt familiarius; quanquam id fortè fortunâ non ſuboluit *Clerico*, qui in eo quoque leviter à veritatis ſemita ſeceſſit, quòd in Notis hæc ita explicet, *hominem ſignificari credo, qui, poſt abſumtam pecuniam epulis, indignatur*, cùm in ipſa verſione rectiùs ſcripſiſſet antea, *& bacchatur guttur, quod pecunias ſumſit.* Nam id eſt λαβὼν, ſi alterum illud voluiſſet *Menander*, ſcripſiſſet potius βαλὼν, nec id fuiſſet rejiculum. Verùm enim verò locus ſe rectè habet, nec ulla correctione indiget. Quamobrem nunc tibi ſumas, ô *Phileleuthere*, illud λαιμὰ, non indigemus voce incognita. Sed, inquies, apud *Heſychium* eſt, λαιμὰ, λαιμυργά. Quid, malum, túne *Heſychium* advocas, cujus collectionem in hoc ipſo libello *olidum* vocas *lupanar*? an ille nunc tuus fidejuſſor? Ganeo, inquam; homo nihili? quæ inconſtantia, quæſo? ſed ſeriò. Nos quidem de eo aliter ſentimus, & multa illic Amanuenſium ſocordiâ depravata eſſe profitemur ultro, inter quæ hæc ipſa. Nam ſcribendum aio, ut apud Doctos Comici Interpretes, λαῖμα, λαιμυργά. Scilicet, λαῖμα de fœmina æquè dici poteſt, ac de viro. Iſtam autem gloſſulâm deſcripſit ille ex loco auctoris deperditi, ubi de fœmina erat ſermo; quid facilius? Imò ne verbum addam, ſi priùs monuero pro ὅρμημα, in Grammaticorum Scholiis, ſcribendum forſitan ῥόφημα, quod propiùs accedat ad ſignificationem vocis λαῖμα jam traditam, cujus, opinor, præcipua olim habita fuit ratio. Sed ea de re elegantiores judicent. Nihil temerè adfirmo, præcipuè in his.

ΔΕΙΣΙΔΑΙΜΩΝ. *Pag.* 40.

***Num.* 1.** Οὐ δεῖ γὰρ ἀδικεῖν οἰκέτας· ἄλλως τε καὶ
Ὄντα &c.

Ita *Grotius* ὁ θαυμάσιος. Non malè Auctor Anonymus:

> Οὐ δεῖ γὰρ ἀδικεῖν τοὺς ἱκέτας, ἄλλως τε καὶ
> Ὅταν μετ' εὐνοίας τινός, οὐ πονηρίᾳ,
> Πταίσωσιν· αἰσχρὸν τοῦτο γοῦν ἐστιν πάνυ.

Mihi placuit aliquando:

> Οὐ δεῖ γὰρ ἀδικεῖν οἰκέτας· ἄλλως τε καὶ
> Ὅταν μετ' εὐνοίας τινὸς πταίσωσι, μὴ
> Πονηρίᾳ· αἰσχρὸν τοῦτο γ' ἄρ' ἐστιν πάνυ.

Quod meliùs ſit, an deterius, alii judicent. Sic ſanè nulla ſit caſuum mutatio. In verſu autem primo, mihi perplacet *Grotii* conjectura; nam pro ἱκέτας utique facilius eſt οἰκέτας legere, quàm integrum articulum infercire.

Num. 2. Ἀγαθὸν γένοιτό μοι, &c.

Pro καινὰς πρίασθαι, ut vulgo eſt apud *Clementem*, elegantiſſimè flos virorum, καινὸν πρίασθαι quod ipſa vox σμικρολόγος apertiſſimè flagitat & integrâ ſententia. Nihil certius, mehercle! quicquid ogganiat Auctor Anonymus.

ΔΙΣ ΕΞΑΠΑΤΩΝ. *Pag.* 46.

Num. 2. — — Βουληφόρος ἡμετέραν, Δημέα,
Προκατέλαβες ὅρασιν.

—*Conſiliarie noſtram, Demea,*
Præoccupaviſti viſionem.

Lepidiſſimus eſt Auctoris Anonymi error, qui veriſſimè animadvertit hunc locum *Menandri* ideò adductum eſſe à Fulgentio, *ut conſiliarium oſtendat Græcè* βουληφόρον *dici*, pro βουληφόρος reponit tamen ipſe βουληφόρως; cùm utrovis modo legas, verſui bene ſit, & nec hoc, nec illud in fine reſpuat Iambus. Quid ſuavius? Sed videtur magnus ille litterarum ſtator exiſtimaſſe ita neceſſariò legendum eſſe, quia in Latinis Fulgentii eſt *conſiliariè*, non *conſiliarius*; ac ſi, nempe, illud βουληφόρος, non doctè ſimul ac venuſtè, per adverbium reddi poſſet; quo nihil eſt tritius, nihil vulgatius, ut ipſi balbutientes ferè ſic Græca vulgò exprimant. Et hoc plus quàm ſuave.

Δ Υ Σ Κ Ο Λ Ο Σ. *Pag.* 48.

Num. 1. Περὶ χρημάτων λαλεῖς ἀβεβαίου πράγματος,
Εἰ μὲν γὰρ &c.

Non *ſemel iterumque*, ut Auctor Anonymus ait, *hic peccavit Grotius ὁ πάνυ*, ſed *ſemel*. Errat reverâ Vir Eximius, cùm hunc locum aliter diſtinguit, quam nunc fecit Auctor Anonymus, in aliis ne erroris ſunt veſtigia. Nam illud εἰς πάντα χρόνον, quæſo, an *nec Græcum ſatis*, *nec elegans eſt*? Miror, ubi hoc didicerit Vir Egregius. Miror, ſi ita ſit, cur in *Philemonis* fragmento *pag.* 130. ediderit,

Κατὰ γῆν καλύψειν, κἀπὸ τοῦ πάντ' εἰς χρόνον,

Hoc eſt, ut ipſe vertit, *in omne ævum*? an in ſe probat, quod in aliis reprobat! an in litteris eſt deſultor! Ad hæc cùm verſu quarto,

Εἰ δὲ μηδ' ἑαυτῷ, τῆς τύχης δὲ πάντ' ἔχεις:

Grotium τὸ θαυμάσιον *perperam ejeciſſe* narrat *illud* δὲ, *quod in redditione ſententiæ poſt* εἰ μὲν *neceſſarium ſit*, nonne diverſiſſima miſcet & planè contraria? Nam ille quidem, αὐτὸς ἂν δὲ κύριος εἰ μηδ' ἑαυτῷ, copulabat unà, adeóque particulam adverſativam minimè neglexit. Ubi erant Viri perſpicaciſſimi oculi? Et quid ſi tamen ego, Auctoris Anonymi diſtinctione adhibitâ, ita legam,

Εἰ μηδὲν αὐτῷ, τῆς τύχης δὲ πάντ' ἔχεις,

an propterea redditionem ſententiæ violaſſe dicar? Non equidem viros perſpicaciores ita judicaturos eſſe ſpero, ubi in hoc ipſo verſu eſt, τῆς τύχης δὲ; nam iſta ſanè particula repeti poteſt ἀπὸ κοινοῦ, vel ipſa verba ita ordinari, εἰ δὲ αὐτῷ μηδὲν, τῆς τύχης πάντ' ἔχεις, abſque ullo periculo: quare nunc ipſe ſtatuas, Lector, hæc mea, an Auctoris Anonymi conjectura ſit potior.

Num. 4. — Ὡς θύουσι δ' οἱ τυμβωρύχοι,
Κοίτας &c.

Verſu 7. non eſt integer, dubito an quid mutandum ſit; nam uſque ad τὸ καταπίνουσι loquebatur forſitan ille. Sin minùs, maluerim ego,

Ἐπι-

'Ἐπιθέντες, αὐτοὶ τἄλλα καταπίνȣσ' ὅλως.

Quod magis eſt Emphaticum, quàm illud καταπίνȣσ' ἀεὶ Auctoris Anonymi. Sed hæc incerta.

Num. 6. Εὑρηκὼς κἀγὼ τȣ́τȣ τέχνην. —

Verba corrupta, ut ſunt pleráque in *Ammonio*. Quid ſi legamus tamen,

Ἕυρηκα κἀγω τὴν τέχνην τȣ́τȣ. —

Sed cur *Phileleutherus* ille hîc ſtentoreâ voce non exclamat, ô *Peſtis aurium*; * *quouſque tandem occides nos, cum bellis tuis ſenariis?*

Num. 7. Τί φῂς ἰδών; ἔνθεν γε πᾶς δ' ἐλευθερῶν.
'Απῆλθες εὐθὺς, ὡς ταχύ.

Et hæc temerata ſunt Amanuenſium ſocordiâ. Auctor Anonymus ſilet. Ego minimâ mutatione lego,

Τὶ φῂς ἰδὼν; ἔνθεν γε παῖς δ' ἐλεύθερος
'Απῆλθεν εὐθύς ὡς ταχύ;
Quid vidiſſe ais? hincne puer ingenuus
Abivit rectâ, quàm celerrimè?

Εὐθὺς verto *rectà*, quod ſi minùs forſitan adrideat, potes *ſtatim*; nam illud εὐθὺς, ὡς ταχὺ, ita conjunctim meas quidem non offendit aures: quanquam non injuriâ aliquis ſuſpicari poſſet an illud, ὡς ταχὺ, non ſit ejus, qui pueri fugam oculis ſuis adſpexerat; & hoc verum fortaſſe. Sic perſonarum facienda foret diſtinctio.

Num. 8. — Σιωπῇ τȣ́τῳ τῷ θεῷ
Οὐ δεῖ προσιέναι.

Dubito, an ipſa verba *Menandri* adducat *Suidas*; nam ſic ille inter alia: τῷ δὲ Πανὶ εἰώθεσαν ὀργιάζειν αἱ γυναῖκες μετὰ κραυγῆς. Καὶ Μένανδρος ἐν Δυσκόλῳ, σιωπῇ φησι τȣ́τῳ τῷ θεῷ ȣ̓ δεῖν προσιέναι. Saltem de metro non ſollicitus fuit homo; nam ſi ipſa quidem ſint verba *Menandri*, ſic potiùs ſcripſerit,

— — Σιωπῇ τῷ θεῷ
Οὐ δεῖ προσιέναι τȣ́τῳ. —

Poſt

* O Sycophanta! quis dixit eſſe ſenarium?

Poſt τούτῳ ſequebatur vocalis brevis, vel Diphthongus, cujus interventu ὦ μέγα corripiebatur. Nihil tritius.

ΕΑΥΤΟΝΤΙΜΩΡΟΥΜΕΝΟΣ. *Pag.* 54.

Num. 4. Ἐξ ἱσαρίου ἐκρέματο φιλοπόνως πάνυ.

Ad hæc Auctor Anonymus: *Ex Victorio hæc promſit Vir Cl. ſed pro more ſuo, * ubi verſui conſulere vult, inſciens eum corrupit. Longè enim numeroſius ibi exſtat,*

Ἐξ ἱσαρίου γὰρ ἐκρέματο φιλοπόνως πάνυ.

Senarium quippe Comicum etiam in ſecundo loco Anapæſtum adſciſcere, vel primus ille Ariſtophanis verſiculus exemplo eſt. Quid, malùm, urendus eſt Gallulus? Sed, ô bone, ſanè defeſſus eras, cùm hæc bella nobis procudiſti; nam quæſo, ſi *Clericum* ſequamur, an nihilominùs in loco ſecundo non eſt Anapæſtus?

* Caſu omiſſum.

ΕΓΧΕΙΡΙΔΙΟΝ. *Pag.* 56.

Num. 3. Τοῦ δ' ἄρα ὁ Κωρυκαῖος ἠκροάζετο.

Et hæc dubito, an ſint verba *Menandri*. *Suidam* diligenter inſpicias, rogo. *Photium* & Parœmiographos Antiquos. Sed annon legendum in ipſo illo ſenario, cujuſcunque demum ſit,

Τοῦ δ' ἄρ' ὁ Κωρυκαῖος ἠκροάζετο;

O, ſic gratias ineam apud Auctorem Anonymum, qui omnem vocalium concurſum plus metuit, quàm vel puerulus lupum.

Num. 4. Πῖε — πιεῖν ἀναγκάσω
Τὴν ἱερόσυλον πρῶτα.

Non malè Eruditiſſimus *Clericus* hæc ita conſtituit, quanquam potuiſſet forſitan rectiùs,

A. Πῖε. B. πιεῖν ἀναγκάσω
Τὴν ἱερόσυλον πρῶτα.

Continuatâ ſerie & perſonarum adhibitâ diſtinctione. Sed hoc non urgeo. Et ipſe quidem *Athenæi* locus, unde hæc de-

depromſit Vir Egregius, mutilus eſt & ſalebroſus; nam cum πῖε ex *Menandro* promittat, in ipſa χρήσει habet πιεῖν. En ipſa verba: πῖε δὲ δισυλλάβως Μένανδρος ἐν ἐγχειριδίῳ, Πιεῖν ἀναγκάσω τὴν ἱερόσυλον πρῶτα. Cui tamen incommodo acutè, ita vivam ac valeam! Vir Cl. occurrit, dum & hoc & illud adſciſcat. Nam πῖε à πιεῖν facilè potuit abſorberi. Interim pro πῖε malim, cum præſtantiſſimo *Caſaubono*, πίε: exempla enim nunc adducit *Athenæus* πί correptæ, ut antea quædam adduxerat πῖ productæ. Sed quid ſibi vult illud δισυλλάβως, de quo ne γρὺ Viri Eruditiſſimi, qui *Athenæo* adfuerunt ſtrenuè? An id adeò inſolens, ut verbo ea de re monendus eſſet Lector? Mihi credas, non ſatis perſpicio, cui bonò vox iſta. Sed forſitan pro πῖε δισυλλάβως quidam contractè πίε μονοσυλλάβως, quod proinde indicare voluit Auctor: imò nihil aliud extrico, ſi verùm ſit quod editur: qua de re dubito; fors ſcribendum pro δισυλλάβως, voce ambiguâ, συσταλτικῶς, *correptè*, quo nihil accommodatius. At nihil tamen definio, ipſa mutatio quamvis parata ſit nec ita difficilis, ſi ad litterarum compendia & ductus earum implicitos animum paullò diligentiùs advortas. Adtexamus verba ſequentia, ut, datâ nunc occaſione, à nobis breviter elucidentur. Cùm mox ſubjungit *Athenæus*, καὶ, τῆ πίε, reſpicit notiſſima verba *Homeri* in Opere Æterno, κύκλωψ τῆ πίε οἶνον, copula eſt ab ipſo Deipnoſophiſta: iſtud autem τῆ πίε cùm ſignificet *en bibe*, ut vel pueri norunt, *Ulpianus*, in cujus gratiam unus è convivis de voce πῖθι, & ejus menſura hactenus egerat, ex his jocum captat haud illepidum, & alterius narrationem mox ita interrumpit: καὶ πῖνε καὶ σὺ οὖν, ὦ ἑταῖρε, κατὰ τὸν Ἄλεξιν, ὅς ἐν Διδύμοις φησὶ, τούτῳ πρόπιθι, ἵνα καὶ αὐτὸς ἄλλῳ, quæ nunc diſtinctionem leviter interpolando animata, quæſo, ita vertas: *quid ais? τῆ πίε? & tu igitur bibas, ô amice, juxta Alexidis præceptum, qui in Geminis dixit: huic præbibe, ut & ipſe præbibat alteri.* Quid lepidius? Sequens ſermo eſt ejuſdem Ulpiani, qui in differendo pergit uſque ad illa verba: Μέλλοντος δὲ τί τούτοις προστιθέναι τοῦ Οὐλπιανοῦ ὁ Αἰμυλιανὸς ἔφη, quæ *pag.* 448. poſt adductam *Amphidis* χρῆσιν, reperias. Opportunè, ita ſim felix! & ut nihil in his ſuperſit ſalebroſi. At mihi credas, ipſiſſimus ille locus, quem nunc tribus verbis ita pleniſſimè explicuimus, &, perquàm difficilis eſt, ſi libros vulgatos conſulas, & quod plus eſt, Virorum optimum maximum exercuit mirum in modum.

E M-

ΕΜΠΙΠΡΑΜΕΝΗ. *Pag. 60.*

Num. 1. Οἰκεῖος ἔτος καταγέλως νομίζεται.

Ad hæc *Grotius* ὁ θαυμάσιος : *quod hîc in Stobæi Codicibus ſequitur*, τὸ γὰρ προθύμως μὴ πονῆσαι εὐτύχησεν, *neque hic quid faciat video*, *neque aut ſenſus conſtat ſatis*, *aut verſus. Itaque omiſimus.* Non intercedo : quia tamen nunc ibi exſtant & hæc ſanè non de nihilo creſcunt, dubito, an non legendum ſit,

Ὁ γὰρ προθύμως μὴ. φρονήσας ἀτελεῖ.
Qui enim non ſapit, *quia ſapere non vult ipſe*, *vileſcit.*

Apertè ſyllabâ abundat in hoc verſu ; quare nos pro εὐτυχεῖ, quod aliis placuit, ob ſenſum ipſum reſcripſimus εὐτελεῖ ; ab εὐτελέω, quod formâ tenus τῷ λυσιτελέω reſpondet, & genuinum eſt haud dubiè, nec commatis adulterini. Reliqua ſunt perſpicua. Et hoc verum fortaſſe ſit ; nam ſic iſta ſatis bellè cohærent.

Num. 2. — Τρία γάρ ἐστι, δέσποτα,
Δι' ὧν ἅπαντα γίνεται, ἢ κατὰ νόμους,
Ἢ ταῖς ἀνάγκαις, ἢ τρίτον γ' ἔθει τινί.

Si in hoc fragmine pro τρίτον ἔθει cum Præſtantiſſimo *Grotio* reponas τρίτον γ' ἔθει , non opus eſt , ut vel litteram præterea mutes. Auctor Anonymus naſum habet, qui nimis protenditur. Articuli omittuntur millies.

ΕΠΙΚΛΗΡΟΣ. *Pag. 64.*

Num. 3. — Ἀλεκτρυὼν τις ἐκκεκράγει μέγα.
Οὐ σοβήσετ' ἔξω, φησὶ, τὰς ὄρνιθας
Ἀφ' ἡμῶν ; —

Metrum & hic & apud *Athenæum* vacillat, nec à Præſtantiſſimo *Caſaubono* reſtitutum miror, quod hîc facere non erat, mehercle! adeò difficile; nam en, en ſic confuſa digero,

—Ἀλεκτρυὼν τις ἐκκεκράγει μέγ', οὐ
Σοβήσετ' ἔξω, φησὶ, τὰς ὄρνιθας ἂν
Ἡμῶν ἄπο;

ope-

operâ, ut vides, leviculâ. Particula ἂν vel litterarum ſimilitudine excidit, vel Librariorum incuriâ; quanquam pro ἂν legeretur forſitan elegantiùs αἴ, ἐπίῤῥημα, ut noſti, δυσφορικὸν; quod hîc ſingularem habuit Emphaſin, ſi verum eſt, quod ſuſpicor, de homine quodam moroſo hæcce dici. Sed ea de re ſtatuat quiſque, prout lubet. Rectè autem Cl. *Clericus* hæc continuatâ ſerie edidit, neglectâ illâ perſonarum diſtinctione, quam ſibi confinxerat *Dalecampius*. Verba ſequentia ſe rectè habent.

Num. 6. Θρᾶκες ὅρκια σὸν ἐπίσανται.

Legendum, ſi ſint ipſa verba *Menandri*, qua de re non injuriâ dubitari poſſet,

— Θρᾶκες ὅρκι' σὸν ἐπίσανται.

Ut metro fiat ſatis. Iſta autem Parœmia, ſi *Zenobio* credendum ſit ac *Suidæ*, non modò uſus erat *Menander* ἐν τῇ πρώτῃ, ſed integram hiſtoriam, quæ dicto originem dedit, illic enarraverat ſimul. Quod tamen an ita ſit, dubito; quia id ſanè ab ingenio Comico, ut mihi videtur, quodammodo abhorret. Fors ſcribendum, apud hunc & illum, λέγεται, ὅτι ἐν ταύτῃ τῇ γῇ &c. non λέγει γὰρ, ut nunc proſtat in iſtum ſenſum, quod poſtquàm unius ſemel invaſerat Codicem, ab alio fideliter tranſcriptum fuit. Scis, quid velim. Sic ſcripturæ vitia propagari noſti.

ΕΠΙΤΡΕΠΟΝΤΕΣ. *Pag.* 66.

Num. 3. Ἀργὸς δ' ὑγιαίνων τοῦ πυρέττοντος πολὺ
Ἀθλιώτερος, διπλάσια γὰρ ἐσθίει μάτην.

Illud ἀθλιώτερος, quod & *Simocattus* habet, Auctor Anonymus proſcribit. Neſcio, an ſatis providè. Nam qui *febricitante miſerior*, eo eſt ſanè inutilior & *nequior* ac deterior, inprimis ubi *duplo plus comedit*; ut verſio proinde *Auſonii* non malè cum ſcriptura vulgata congruat. Et quid ſi tamen mutanda ſit, rectène Auctor Anonymus conjicit ἀχρειότερος? imò ſic longè magis mihi allubeſcat ἁλιώτερος, quæ facilior utique eſt mutatio. Ἅλιος, *inutilis*, *vanus*, *ineptus*, hinc ἁλιώτερος, ut ab ἄθλιος, ἀθλιώτερος: quæ comparatio cùm Amanuenſium vulgo non eſſet ita obvia, naſuti inſertâ θ dederunt nobis illud ἀθλιώτερος, quod

quod omnes noverant. Scribas igitur, ſi ita tibi videatur,

Ἀλιώτερός ἐστι, διπλάσια γὰρ ἐσθίει μάτην.

Sic enim & verſus fit numeroſior, ſi ἐστι, inquam, retineas quod *Grotium* induxiſſe miror. Ceterùm ut metro Iambico pleniſſimè ſatisfiat, neceſſe eſt, moneo, ut vel in voce διπλάσια, vel altera ἐσθίει, duas ſyllabas per Synizeſin in unam contrahas; & hoc Auctor Anonymus ſibi notet propter illud νεοττὸν, quod ſupra habuimus in *Andria.*

Num. 4. Ἐλευθέρῳ γὰρ τὸ καταγελᾶσθαι πολὺ
Αἴσχιον ἐστί· τὸ δ' ὀδυνᾶσθ' ἀνθρώπινον.
Libero enim irrideri multò
Turpius eſt: dolere verò humanum eſt.

Miror Auctorem Anonymum, qui in arte ratiocinandi plus valet, quàm omnes Eruditi ſimul, hæc ita abſque accuratiore examine potuiſſe dimittere; ubi ſententia eſt apertiſſimè manca & plus quàm ineptè pendet. Nam quid eſt, quod τῷ *irrideri* videtur minùs turpe? ubi alterum eſt & præcipuum comparationis inſtitutæ Colon? Id ſi perſpicere aut detegere poſſit ille, de lynce nemo loquatur poſthac. Sed bonus ille in verſu conſtituendo erat totus, de ſententia minùs quidem ſollicitus. Ego ut & metro opem feram &, quod caput eſt, ipſi ſententiæ, ita lego,

— Ἐλευθέρῳ καταγελᾶσθαι πολὺ
Αἴσχιον ἐστι τοῦ γ' ὀδυνᾶσθ', ἀνθρώπιον.
Libero irrideri longè turpius
Eſt quàm dolere, mi homuncio.

Si ad indolem viri ingenui & ἐλευθέρως reſpicio, malim juſta de cauſa dolere, quàm ab aliis protervè irrideri. Sententia eſt egregia & quæ *Stobæi* Titulo aptiſſimè reſpondet. Τὸ ante καταγελᾶσθαι non indigemus in præjudicium metri, aut ita diligimus, ut ejus ſalutem nunc voculâ παρὰ redimere geſtiamus. Sibi habeat *Phileleutherus* ſuum παρὰ-πολύ.

Num. 5. Εἴσειμι πρὸς σε. Κείνην λέγεις, ἄρτι γὰρ νοῶ.
Ingredior ad te. Illam dicis, nunc enim intelligo.

Laborat metrum, quomodo reſtituendum non dicam; nam

nam ipſe liber *Priſciani* nunc mihi fortè fortunâ non eſt ad manum. Et quid ſi legam tamen,

A. Εἴσειμι πρὸς ἐκείνην. B. λέγεις σύ; ἄρτι γȣ̃
Νοῶ. —

Sed hæc incerta, ut elegans nihilominùs ſit illud, ἄρτι γȣ̃ νοῶ, quod ita vulgò dici ſolet, ut norunt lepiduli.

Num. 8. Ἐπίπασ' ἐπὶ τὸ τάριχος &c.

Legere præſtat ἐπιπάσσ', modo imperandi: Et ſic ſanè *Dalecampius*, in ſalſamentum ſalem injice.

Ε· Τ Α Ι Ρ Α Ι. *Pag.* 68.

Num. 2. — — ἕκαστος
Κύψας εἰς αὐτὸν τῶν τραγημάτων ἔφλα.

Verum eſt, mi *Phileleuthere*, illud ἕκαστος non poteſt verſum ſenarium * claudere; ſed an propterea neceſſe, ut iſtam vocem ſibi ſumat *Plutarchus*? quæſo, ne ita ſentias; nam haud dubiè eſt *Menandri*, ut non obſcurè conſtat ex eo, quòd inter ἕκαστος & κύψας interſerat ille ὥς φησι. Quare tu mecum ita ſcribas, ne frontem habeas perfrictam,

— — ἕκαστος ἂν
Κύψας ἐς αὐτὸν τῶν τραγημάτων ἔφλα.

Quid pronius?

Ε Φ Ε Σ Ι Ο Σ. *Pag.* 72.

Num. 5. Ἐγὼ μὲν ἂν ἤδη μοι δοκῶ, νὴ τοὺς θεούς.

Senarius in legem Pediam peccat. Lego certiſſimè,

Ἐγ' ἂν μὲν ἤδη μοι δοκῶ, νὴ τοὺς θεούς.

Trajectâ voculâ. Emendationem tam facilem non ſuboluiſſe Auctori Anonymo, qui in ipſis tenebris ceteroquin oculorum aciem intendere poteſt, proh Deûm hominúmque fidem! quis credat?

* Neque hoc ſomniavit *Clericus*, ſed retulit ut erat apud *Plutarchum*, apud quem fortè deſunt plura. Quis hoc definiat, præter hariolum?

Η Ν Ι Ο Χ Ο Σ. *Pag. 72.*

Num. 3. — Τὸν παῖδα δ' οὐ δίδομεν, ἀλλ' ἁρπάγην
Αὐτῷ κατασκευάζομεν.
— *Puerum non damus, ſed harpagam*
Ei paramus.

Et hîc metrum vacillat, tum ipſa ſententia mihi non uſque adeò adridet. Si per ἁρπάγην nobis intelligere liceret *raptum*, ea ſic meliùs ſanè procederet, *puerum non damus, ſed raptum ei machinamur.* Verùm id fruſtra exoptamus; nam in aliam rem adducta ſunt ab *Ammonio.* Quid ſi legamus?

— τὸ κάδιον οὐ δίδομεν, ἀλλ' ἁρπάγην
Αὐτῷ κατασκευάζομεν.

Sic metrum, mehercle! reſplendeſcit & ad mentem planè Ammonii κάδιον & ἁρπάγη hîc quoque comparent unà; nam ἁρπάγη, ut explicat ipſe, *pertica hamata*, ἐν ᾗ τῶν φρεάτων τοὺς κάδους ἀναιροῦσι. Vide præcedens *Menandri* fragmen, cujus meminit illic homo Grammaticus. Fors pro κάδιον exaratum καῖδον, quod cùm apertè mendoſum eſſet, naſutus aliquis correxit, τὸν παῖδα δ', mutato, ut par erat, Articulo. Sermo potuit eſſe de aliquo, qui alteri, neſcio cui, ſurripuerat cadum; quem cùm fortè fortunâ repeteret, audaculus ille reſpondet, *cadum tibi reddere profectò non fert animus; namen, en harpagam jam paramus, quæ ejus magnitudini bellè reſpondeat.*

Η Ρ Ω Σ. *Pag. 76.*

Num. 2. Ἐχρῆν γὰρ εἶναι τὸ καλὸν εὐγενέστατον,
Τὸ δ' &c.

Non malè Auctor Anonymus,

Ἐχρῆν γὰρ εἶναι τὸ καλὸν εὐγενέστατον,
Τοὐλεύθερον δὲ πανταχοῦ φρονεῖν μέγα.

Sed cùm *Stobæus* habeat, τὸ ἐλεύθερον δὲ δεῖ, malim ego,

Ἐχρῆν

Ἐχρῆν γὰρ εἶναι τὸ καλὸν εὐγενέςατον,
Τὸ δ' ἐλεύθερον ἴδει πανταχοῦ φρονεῖν μέγα.

Quòd minùs recedit à ſcriptura vulgata, nec inelegans eſt. Nam illud ἐχρῆν, ἴδει non ſum ita perditè delicatus, ut nauſeam mihi creet, ubi multa ſunt hujuſmodi apud ipſum *Euripidem*, & ſuprà in *Conſobrinis* habuimus ἐςὶν repetitum in eadem, quod plus eſt, carminis ſede,

Εὐδαιμονίας τοῦτ' ἐςὶν υἱὸς νοῦν ἔχων·
Ἀλλὰ θυγάτηρ κτῆμ' ἐςὶν ἐργῶδες πατρί.

Ut alia exempla, quæ infinita ferè ſuppetunt, nunc prætercam.

*Num.*6. Ἐπιφαρμάκευσον, γλυκύτατ', ἀναλυθεὶς μόλις.
Remedium præterea ſume, ô dulciſſime, qui vix purgatus fuiſti.

Hæc optimè ita conſtituit Eruditiſſimus *Clericus*, quæ, quod mireris, in Noviſſima Editione *Suidæ* ſtellulis notantur, ceu inexplicabilia; ut hinc appareat Virum Cl. non eſſe ab omni eruditione ita imparatum, ut *Neocoro* ubique indigeat magiſtro.

Θ A I Σ. *Pag.* 78.

Num. 1. Μηδενὸς ὁρῶσαν, προσποιουμένην δ' ἀεί.
Illud ὁρῶσαν, pro ἐρῶσαν, eſt Viri Cl. σφάλμα, ſed quod facilè ei condono. Nam ſic ſanè errat nemo, cui vel puſilla eſt Linguæ notitia, ſciens prudenſque. Humaniores mecum ſentient, ſcio. Sententiæ autem proſpexit ſatis.

Θ E T T A Λ H. *Pag.* 82.

Num. 2. Εὐθυμία γὰρ βίοτον τῶν δούλων τρέφει.
Ita *Grotius* pro Εὐθυμίᾳ βίε τῶν δούλων τρέφει, ut vulgò exſtat apud *Stobæum*. Malè omnino. Auctor Anonymus quid reponendum ſit, dubitat, conjicit tamen,

Εὐθυμίᾳ τοι, Τίβιε, τὸν δοῦλον τρέφει.

Sed cur aſpernatus eſt homo, quod ſe ſponte ſuâ offert?

— — εὐθυμία
Βίοτον τρέφει δούλων. —

Imò ſic nos legimus.

ΘΗΣΑΥΡΟΣ. *Pag.* 84.

Num. 1. Οἱ δ' εἰς τὸ γῆρας ἀναβολὰς ποιούμενοι
Οὗτοι προσαποτίνουσι τοῦ χρόνου τόκους.

Auctor Anonymus, cui meritò diſplicet iſta ſcriptura, quàm ex Cod. MS. ſuppoſuit *Grotius* ὁ θαυμάσιος, vulgatam non malè ſic interpolat.

Οἱ δ' εἰς τὸ γῆρας ἀναβολὰς ποιούμενοι
Οὗτοι προσαποτίνουσ' ἀωρίας τόκους.

Nos tamen longè acutiùs, opinor, & elegantiùs,

Οἱ δ' εἰς τὸ γῆρας ἀναβολὰς ποιούμενοι
Οὔ τοι προσαποτίνουσιν ὡραίους τόκους.
Qui verò amare differunt in ſenectutem
Non certè ſolvunt uſuras tempeſtivas.

Diviſâ modò voculâ.

Num. 3. Ὅταν ἔρωτος τόλμαν ἀφέλῃς, οἴχεται·
Εἰς τοὺς Ἰαλέμους δὲ τοῦτον ἔγγραφε.

Illud ἔρωτος eſt à *Grotio*, nam *Stobæus* ἐρῶντος. Utrum elegantius, vix dicam. Si ad οἴχεται reſpicio, ἔρωτος præplacet; ſi ad τοῦτον, ἐρῶντος. Rem pondera, Lector, & ipſe elige. Quanquam, ut verum fatear, ipſa inſcriptio Tituli, quæ apud *Stobæum* ita habet, ψόγος Ἀφροδίτης, καὶ ὅτι φαῦλος ὁ ἔρως, καὶ πόσων εἴη κακῶν γεγονὼς αἴτιος, requirat potiùs ἐρῶντος, eo ſenſu, ut amantem miſerè dicat *interire Menander*, ſi ab ejus amore audacia abſit; & hoc adnotaſſet *Phileleutherus* noſter. Nam quàmvis haud diverſa notet quoad ſenſum, ambigua tamen ſunt nec quicquam decidunt, ſi per ſe conſiderentur, nec collatâ Inſcriptione Tituli.

Num. 5. Ἄσιτος ἑπτὰ μῆνας ὕδατος στράγγα ἔχων.

Legas omnino, στράγγ' ἔχων,

ΘΡΑ-

Θ Ρ Α Σ Υ Λ Ε Ω Ν. *Pag.* 86.

Num. 2. Ὁ δεύτερος πλοῦς ἐστὶ δήπου λεγόμενος,
Ἂν νηὸς ἀποτύχῃ τις, ἐν κώπαισι πλεῖν.

Feſtiva, inquit Grotius, *interpretatio Adagii* πλοῦς δεύτερος. *Eſt autem & hoc à noſtra conjectura, cùm legeretur in Editis* ἂν ἀποτύχῃ τις πρῶτον ἐν ταῖς κώπαισι πλεῖν. Sed, ô ſumme virorum, quod pace tuâ dicam, nimis feſtiva eſt hæc interpretatio ſimul ac ſuſpicio. Nam quid? An ille, qui navem amiſit, dici poteſt πλεῖν ἐν κώπαις? imò hoc nullus ego intelligo. At quàm nativum eſt, quàm accommodum, quod mihi in mentem venit, ſimul ac locum adtigi?

Ὁ δεύτερος πλοῦς ἐστὶ, δήπου λεγόμενος,
Ἂν ἀποτύχῃ τις πρώτου, ἐν κώπαισι πλεῖν.

Imò hoc verum exputo, nec magnum *Scaligerum* ſequor, qui acutiùs, quàm tu, conjecerat,

Ἂν ἀποτύχῃ τις πνεύματος, κώπαισι πλεῖν.

Ἐκ πλοῦ δευτέρου conſtat, quis ſit ὁ πρῶτος: nihil naturalius, mehercle! ultima autem in πρώτου corripitur, quia mox adeſt vocalis brevis: tum ἐν κώπαισι πλεῖν dicitur, pro κώπαισι πλεῖν; præpoſitio abundat, ut millies apud Græcos. Sic ἐν βέλει πληγεὶς pro βέλει πληγεὶς, ἐν γάλακτι χαίρων pro γάλακτι χαίρων, ipſa citant Lexica Vulgata, quæ hîc præter morem, ita vivam! obiter conſului; quia fortè fortunâ incidebat mihi vulgatiſſimum illud, *cave canem*.

Num. 3. Ὁ παντα μέλλων, σιτόκουρος, ἄθλιος,
Ἄχρηστος εἰς γλῶ, παρατρέφεθ' ὁμολογῶν.

Non malè *Grotius* ὁ θαυμάσιος. Nos tamen fortaſſe meliùs,

— — Ὀκνηρὸς ἂν
Ἀπανταμέλλων, σιτόκουρος, ἄθλιος,
Ἄχρηστος εἰς γλῶ, ὁμολόγως παρατρέφεται.

Judicent Eruditi.

ΘΡΑΣΩΝΙΔΟΥ ΜΙΣΟΣ. *Pag.* 88.

Odium Thraſonidis.

Expendant omnes , quotquot verè Litteras humaniores colunt, an ita inexcuſabilis ſit Viri Cl. error, qui ex iſtis *Libanii*, καὶ γέγονεν ἀμέλει προσηγορία τῷ δράματι Θρασωνίδου Μῖσος , hunc titulum extudit. Libenter illos exaudiam; ipſe *Clericus* libentiſſimè, credo.

I E P E I A. *Pag.* 88.

Num. I. Ἀλλ' ἐστὶ τόλμης καὶ βίου ταῦτ' ὄργανα,

Cave quid mutes. Veriſſimè Cl. *Clericus* , *ſed ſunt hæc audaciæ & victûs quærendi inſtrumenta:* Cymbala, ſcilicet, & æra , quibus Deos elici poſſe jactabat turpis circulatorum natio. In Notis opportunè addit: *Audacium, nempe, deceptorum, quibus res tam bene cedit, ut fraudibus ſuis ſibi victum comparent. Hos verſus contulimus cùm oraculis Chaldaicis v.* 289. *ubi de ſacris ejuſmodi,*

— — Τὰ δ' ἀθύρματα πάντα
Ἐμπορικῆς ἀπάτης στηρίγματα.

Nam quod vocant illa ἐμπορικὴν ἀπάτην, *Menander* τόλμης καὶ βίου ὄργανα; nihil venuſtius. Sic ſine dubio accipiendum τὸ βίου. Teſtem præterea tibi do ipſum *Menandrum* , qui mox ſubjungit, optimus verborum ſuorum Interpres,

Εὑρημέν' ἀνθρώποις ἀναιδέσιν, Ῥόδη,
Εἰς καταγέλωτα, τῷ τε βίῳ πεπλασμένα.
Inventa ab hominibus impudentibus, ô Rhode,
In ipſius numinis contemtum & victui ſimul accommodata.

Ut legendum, diſtinguendum eſt, ni potiùs alicui videatur τοῦ τε βίου, ſubaudito ἕνεκα , ſed id quidem minùs neceſſe. Hæc, inquam, verba priora explicant & mentem Poëtæ clariùs, & ſignatiùs exprimunt. Nam εὑρημένα ἀνθρώποις ἀναιδέσιν εἰς καταγέλωτα vocem τόλμης interpretantur , τῷ τε βίῳ πεπλασμένα reſpondent τῷ βίου. Quid opportunius? Tempus fuit, quo mihi placuit in verbis poſtremis,

Εὐ-

Εὑρημέν' ἀνθρώποις ἀναιδέσιν, Ῥόδη,
Κεὶς καταγέλωτα τοῦ θεοῦ πεπλασμένα.

Nunc aliter ſentio & veriſſimum eſt, quod dixi. Apage, apage autem illud βίας, quod Auctor Anonymus huc ingeſſit, ἀστόχως & verè βιαίως. Ad Indos & Garamantas, cum voce exoleta.

Num. 2. Τοὺς τῆς γαμετῆς ὅρους ὑπερβαίνεις, γύναι,
Δι' αὐθάδειαν· πέρας γὰρ αὔλιος θύρα
Ἐλευθέρᾳ γυναικὶ νενόμιστ' οἰκίας.

Illud δι' αὐθαδίαν *Salmaſio* debemus. Nam apud *Stobæum* διὰ τὴν αὐλὰν, in Codice autem manu exarato, quo uſus eſt *Grotius* ὁ θαυμάσιος, διὰ τὴν αὐλάν λίαν. *Sine dubio*, inquit Auctor Anonymus, *& ſenſum & verbum ipſum acutè reperit Magnus Salmaſius. Sed & ille & Grotius peccat, cùm ſenariis ſe conſuluiſſe exiſtimant. Tu lege eodem ſenſu*,

Αὐθαδίᾳ· πέρας γὰρ αὔλειος θύρα.

Quippe αὐθαδία *ſecundam ſyllabam producit, contrà ac illi opinati ſunt. Illa verò* διὰ τὴν *ab interpolatoribus profecta ſunt.* Euge! Euge! pulchrè, rectè, bene! Sic præſta te virum: hoc eſt artem Criticam intelligere. Interim verum eſt, quod notas de quantitate vocis αὐθαδίαν. Sed dic ſeiò, an propterea confugiendum eſt ad Criſin ita enormem? quidni, inquies, ubi ipſam vocem acutè reperit Magnus *Salmaſius*. Verùm enim verò hoc eſt, ô bone, de quo multùm ego dubito: quid ſi legamus?

Τὰς τῆς γαμετῆς ὅρους ὑπερβαίνεις, γύναι,
Διὰ τὴν ἄλην.
Nuptæ fines transgrederis, ô mulier,
Oberrando, vagando ubique.

Nonne res omnis in vado? imò ſic metro, ſic ſenſui pleniſſimè ſatisfactum eſt, & longè opportuniùs, ita vivam! Per modum inductionis ſequitur, πέρας γὰρ αὔλιος θύρα Ἐλευθέρᾳ γυναικὶ νενόμιστ' οἰκίας, ut nec tu inficiaturus es, nec alius quiſquam. Quid autem facilius? Pro αὐλὰν ſcribimus ἄλην. Dic, quid exputas? Fateor in Cod. MSS. reperit Vir Egregius διὰ τὴν αὐλὰν λίαν; ſed id corruptum videtur & depravatum, ut ſunt multa in tineoſis chartis.

Sincerius, quod in libris vulgatis typóque excuſis, qui ex membranis quoque expreſſi. Et quid ſi tamen ſcriptum ſit olim in hoc loco *Menandri*, διὰ τὴν ἀλίαν, eodem ſenſu at formâ vocis diverſâ ? Sanè id mihi videtur admodum probabile, ubi apud *Suidam* lego: Ἀλία, ἡ πορεία. Nam hinc nonne conſtat, & ἄλη & ἀλία Antiquis fuiſſe in uſu? Sic exputo, neque dubium eſt ullum, quin ἀλία ſit ab ἄλη & ἀλάομαι, inprimis ubi ipſa ſermonis Analogia non vetat, quominùs vox ita formari queat. Et quid iterum opportunius ? Sic iſtud λίαν, quod in Cod. MS. proſtat, correctio eſt vocis corruptæ & perperam feſtinante calamo deſcriptæ. Nam τῷ αὔλαν hîc, ut millies alibi, adſcriptum λίαν, intactâ vocis primâ litterâ, quæ nulla indigebat correctione. Nihil, mehercle! probabilius. Et quid exputas denuo, mi *Phileleuthere*, nonne hæc belliſſimè cohærent ? nonne *Suidas* ex *Menandro*, *Menander* ex *Suida* ſic commodè lucem accipit mutuam?

I M B P I O I. *Pag.* 90.

Num. I. Ἄρχων, ϛρατηγὸς, ἡγεμὼν δήμου, πάλιν
Σύμβουλος· ὁ διαφέρων λογισμῷ πάντ' ἔχει.

Ad hæc Auctor Anonymus: *Ita verſum poſteriorem & Stobæus præfert & admittit Grotius : duriſſimè tamen incedit. Iambus, cùm in loco ſecundo Proceleuſmaticum habeat.* Iane? Sed pes ſecundus eſt *Tribrachys*, tertius *Anapæſtus*, quos verſus ſenarius minimè reſpuit; de Proceleuſmatico quod narras, commentitium eſt & falſum. Quare verſus quidem ſe rectè habet, & non duriſſimè ; ſed numeroſè, ſed molliter incedit. Jam autem illud ἡγεμὼν δήμου, πάλιν σύμβουλος, quod tibi ſummopere diſplicet, quid peccat, quæſo? *Qui ingenio præſtat, Archon eſt, imperator, & rector populi ſimul ac conſiliarius.* Nulla eſt, ita vivam, in his ſtribligo. Quare abſit, ut ſana & intemerata corrigam. Criticen exercemus Artem nobiliſſimam, ſi in emendando ſimus frugales; viliſſimam & abjectam, ſi nec modum, nec finem habeat ſpurciſſima, & inſatiabilis ſingula contrectandi libido. Et quid ſi tamen aliquid mutandum foret, an rectè conjicis πάλιν βουλῆς? Imò ſic longè præferam ego, ἡγεμὼν δήμου, πόλει σύμβουλος, quod facilius ut-

qu

que nec minùs venuſtum. Sed non opus eſt, ut dixi, hæc vel leviter adtingere.

ΙΠΠΟΚΟΜΟΣ. *Pag. 92.*

Num. 1. Μόνιμος ἄνθρωπος ἦν τις &c.

Auctor Anonymus hîc ex diverſis & planè contrariis eam lectionem conſarcinavit, quæ & mihi ſemper placuit.

Num. 3. Ὥσπερ καὶ τριπόδια.

Non ſunt hæc verba *Menandri*, ſed quæ ſequuntur mox apud *Pollucem*,

Τὰ δ' ἐν μέσῳ τριπόδια καὶ τραγήματα.

Senarius eſt integer, quem ita ex Codd. MSS. nobis emendatum exhibent Viri Eruditiſſimi *Cuhnius* & *Jungermannus*.

ΚΑΝΗΦΟΡΟΙ. *Pag. 94.*

Num. 1. — — Ἀλογίστου τρόπου
Ἀτύχημα φεύγειν ἐστὶν οὐκ αὐθαίρετον.

Non ſatis intelligo, quid ſit ἀλογίστου τρόπου ἀτύχημα φεύγειν, *imprudentis indolis infortunium effugere*, nec à *Grotio* quicquam auxilii, qui hæc ita vertit, ut facilè ex eo conſtet Virum Egregium in his cæcutiiſſe. An legendum?

— — Ἀλογίστῳ τρόμῳ
Ἀτύχημα φεύγειν ἐστὶν οὐκ αὐθαίρετον.
— *puerili & inconſiderato pavore*
Infortunium effugere non poſſumus.

Imò hoc & per ſe egregium eſt & *Stobæi* Titulo, quod vel præcipuè notandum, mirificè reſpondet. Mulierculas enim taxat & viros effœminatos ac molles, qui in rebus adverſis trepidant artúſque contrahunt; non, ut virum generoſum decet, contra infortunium rationis implorant opem, ut id fortiter ferant & ſi fieri poſſit, propulſent. Judicent Eruditi. Hic, ille ſic forſitan malit, ἀλογίστῳ τρόπῳ.

Sed id minùs Emphaticum, alterum longè expreſſius. Eligant tamen.

Num. 2. Τί γὰρ ἀθύμως μὴ πονήσαν εὐτυχεῖ;
Vide quæ ad *pag.* 60. noto.

Num. 3. Ἔδειτο χρῆσαι τὴν σεαυτῆς θυγατέρα
Ἀντάλλαγόν χρέαν.

Adhæc Cl. *Clericus* : *Adfert Suidas, ut oſtendat* ἀντάλλαγον *dici* ἀντὶ τοῦ ἄλλου ἠλλαγμένον. *Verba quædam ſequuntur, ſed adeò corrupta, ut careant ſenſu.* Utinam illa *Phileleutherus* Noſter emendaſſet, qui id facere potuiſſet, *ſemiſomnis*; ô quas gratias non iniiſſet, apud omnes φιλομούσους? Nunc quia & ille, & omnes alii ſilent, experiamur, an verba depravatiſſima in integrum reſtituere poſſimus. En locum integrum ita legimus, ejectâ diſtinctionis notâ inutili, quæ hæc & ſequentia vulgò ſeparat,

A. Ἔδειτο χρῆσαι τὴν σεαυτῆς θυγατέρα
Ἀντάλλαγον χρέαν. B. Ἐχοῦσα τοῦτο δὴ
Ποίησει ἀδελφή, εἴ ποτ' ἀντάλλαγον ἔχεις
Πλούτῳ δεδεμένην.
— — B. *Iubens lubénſque hoc ſanè*
Faciet ſoror, in gratiam matris, *ſiquando* ἀντάλλαγον
Promas Pluto copulatam.

In qua emendatione nihil ferè mihimet ipſi tribuo, ut videre poſſunt omnes & ſinguli, qui ſcripturam vulgatam cùm hac noſtra paullò diligentiùs conferent. Senſus autem elegans eſt ac facilis: homo dives & locuples pauperculam rogat, filiam ſuam commodare velit in certos uſus, neſcio quos; in ejus locum aliam ſufficeret: huic vel ejus mandatario reſpondet filiæ rogatæ vel ſoror, vel frater, ſororem id libentiſſimè facturam, ſi iſta ἀντάλλαγος, quæ vicem ejus obiret eíque ſubſtitueretur, ſecum adferat certam pecuniæ ſummam, qua uti frui poſſet mater; ſi & ἀντάλλαγον mitteret & nummos. Nihil feſtivius. Illud Πλούτῳ δεδεμένην locutio eſt ex aſſe Comica, *ſi bene nummulata ſit, ſi non pannis obſita ſit, ſed nummis, quos mater paupercula ſibi ſumat, ſi Pluto ſit maritata*; eodem ſenſu *Achilles Tatius*, de ſuo Clitophonte *pag.* 41. ἄλλῃ γὰρ δέδεμαι παρθένῳ, ut eleganter libri vulgati. In MSS. illic, ut teſtis eſt magnus *Salmaſius*, δέδομαι. Quare & δεδομένην, ſi ita videatur,
re-

retinere potes, mihi quamvis alterum iſtud allubeſcat mirum in modum. Sed hæc elegantiorum arbitrio relicta ſint. Illud autem elegans quoque eſt in hoc loco, quod vel frater, vel ſoror puellæ mandatario reſpondeat; non ipſa mater, quæ rogata erat & cujus hîc requirebatur unicè conſenſus; non ſororis vel fratris, qui matre inconſultâ tutiùs tacuiſſent. Nam hoc indecorum pulchrè mores liberorum dicacium nobis repræſentat; quo nihil venuſtius in re Comica, quæ, ut omnes novimus, vitæ brevis eſt tabella. Sic ſentio, rectè an malè, elegantiores ſtatuant, quibus & me, & omnia mea permitto lubens.

K A P I N H. *Pag.* 96.

Num. 1. Περὶ τ̃ τράχηλον ἀλύσιον τι σοι δόσω.

Legendum eſt ſine dubio, ut in Editione Mediolanenſi proſtat,

Περὶ τ̃ τράχηλον ἀλύσιον τίς σοι δότω.

Illud δόσω pro δώτω à Viro Cl. profectum eſſe, nemo mihi perſuaſerit, vitium eſt Typographicum, ut multa ſunt in hoc libello. Ἐπινίκιον itaque canat Auctor Anonymus; gloriola, mehercle! * levis eſt, triumphare de Typothetarum larvis.

* *Phileleutherus*, eodem jure, triumphet de *Bentlejo* ſuo, in cujus collectione fragmentorum *Callimachi*, multa ſunt menda, quæ ſibi tribui nollet.

Κ Α Ρ Χ Η Δ Ο Ν Ι Ο Σ. *Pag.* 96.

Num. 2. — Ἐπιθυμήσας τῷ βορέᾳ ἥδιον
Ὀψάριον, ἐδὲν λαβὼν ἕψησω φακῶ.

Acutè magnus *Caſaubonus*,

— ἐπεὶ ꝟ θύσας τῷ βορέᾳ ἥδιον.
Ὀψάριον ἐδὲν ἔλαβον, ἑψήσω φακῶ.

Si ad ſenſum reſpicias. Nam Auctorem Anonymum non moror, qui θύσας, *hoſtia ſacrificans* vertit, & de victima cogi-

gitat, quæ piſcatoris pauperculi longè excedebat opes. Apertè contra mentem Viri Egregii, & fide non malâ, ſed peſſimâ, mihi credas; ut ita, per fraudes, ſtabilitum iret id quod conjecerat ipſe. Nam quæſo, illud θύσας an non ſignificat ſimpliciter & ἁπλῶς *ſacrificans*, *ſacrum faciens*, & de pauperculis dici poteſt, qui quod ſuppetit Diis offerunt, rem puſillam? Nemo dubitet. Ad hæc θύσαι idem, quod θυμιάσαι, & quidem propriè ac κυρίως, ut θύσας proinde hîc idem illud ſignificare poſſit, quod λιβανίδιον ἐπιθυμιάσας; nam ſuffimentum vulgò ex thure. Nihil notius vel ipſis pueris. Ineptit igitur homo & ſciens, prudenſque fallit. Nos, alia de cauſa, hanc ſuſpicionem viri ſummi admittere non poſſumus: ſcilicet, ipſe verſus reclamat & certiſſima ejus dimenſio, quominùs ita reliquerit *Menander*. Nam illa, illa ſanè, ἐπεὶ δὲ θύσας τῷ βορέᾳ ἤδιον, nemo ita perſpicax eſt, ut cum metro Iambico in gratiam redigere poſſit. Rogo, quid indubitatius? Quæ nos minimâ mutatione nunc ita legimus,

— τῷ βορέᾳ ἐπιτιμήσας, ἰδὼ
Ὀψάριον οὐδὲ ἓν ἔλαβον, ἑψήσων φακῆν.

Boream increpans diriſque devovens, id pretium tuli linguæ procacis, *ut ne unum piſciculum capere potuerim, lentem cocturus miſer.* Ἰδὼ, *ecce.* Digitum, ſcilicet, intendit homo in ipſam ſcapham, in qua piſcium nihil, & quæ portum vel littus vix adtigerat. Nihil opportunius. Pro ἰδὼ ſcriptum videtur ἰδὸν, quod à correctoribus mutatum fuit in ἴδιον insertâ litterulâ. Cetera plana ſunt. Eruditiores judicent. Non ſum φίλαυτος.

ΚΕΚΡΥΦΑΛΟΣ. *Pag.* 100.

Num. 1. — A. ἡδὺ τὸ
Μύρον παιδίον. B. ἡδύ· πῶς γὰρ οὔ; νάρδινον.

Vacillat metrum. Tu ita legas, diſtinguas,

— A. ἡδὺ τὸ μύρον,
Ὦ παιδίον, ἡδύ. B. πῶς γὰρ οὔ; νάρδινον —

Longè venuſtiùs, ſi quid video; ſed ſic tamen perſonarum nomina diſtinxerat *Dalecampius*, *Athenæi* Interpres.

Num. 7.

Num. 7. Εἶτ᾽ εὐθὺς ὕτω τὰς τραπέζας αἴρετε
Μύρα, στεφάνυς ἑτοίμασον, σπονδὰς ποίει.
Tum ſtatim ſic menſas adferte,
Unguenta, coronas para, libationes facito.

τραπέζας αἴρειν hoc loco *menſam adponere*, ut non obſcurè indicant iſta, μύρα, στεφάνυς ἑτοίμασον; nam *unguenta* ſanè & *corollas*, ante convivium, ſumebant accubituri. Nihil indubitatius. Negotium tamen faceſſit *Suidas*, qui vocem aliter explicat & ſenſu planè contrario. Sed locus haud dubiè eſt luxatus. Nam χερῶν *Pherecratis* continuò excipere debebant hæc verba *Menandri*, quæ priùs ad marginem notata, à ſciolis textui intruſa ſunt alieno loco, ut ita duo ejuſdem Auctoris teſtimonia amicè forent juncta. Locum inſpice & facilè mecum ſenties, inprimis ſi *Suidam* de vera facie noris, & id ſæpiùs in iſta farragine contigiſſe ſcias, ut ſciunt verè Eruditi. Quid igitur commiſit *Clericus*, qui ſenſum verborum, non ineptum hominis imperitiſſimi conſilium ſecutus, hæc ita veriſſimè reddidit? An hîc quoque à præſtantiſſimo *Burmanno* batuendus erat probè?

Κ Ο Λ Α Ξ. *Pag.* 106.

Num. 2. A. Σπονδή. δίδυ σὺ σπλάγχν᾽ ἀκολυθῶν. ποῖ βλέπεις;
Σπονδή· B. Φέρω πλείω ὅσια. A. σπονδή. B. καλῶς.
Εὔχυ Θεοῖς. A. Ὀλυμπίοις εὐχώμεθα
Ἠ Ὀλυμπίαισι &c.

Diſtinximus hæc in perſonas, inquit Grotius, *ſacrificum & eum, qui ſacrificio verbis ac manu miniſtrat.* Sed ſic, ut ego equidem ſentio, malè miniſtro adſignantur iſta, καλῶς εὔχυ θεοῖς. Nam ſic potiùs ipſe ſacrificus. Quare vide, an nos meliùs verba abrupta ita legamus ac diſtinguamus,

A. Σπονδή. δίδυ σὺ σπλάγχν᾽ ἀκολυθῶν. ποῖ βλέπεις;
Σπονδή. B. φέρω πλείω. A. Ὁσία σπονδή. καλῶς
Εὔχυ θεοῖς. Ὀλυμπίοις εὐχώμεθα,
Ὀλυμπίαισι, πᾶσι, πάσαις. B. λάμβανε
τὴν &c.

A. *Libatio. Da tu viſcera miniſter. Quò reſpicis?*
Libatio. B. *Pluſcula fero.* A. *Sacra libatio. Tu pulchrè*
Precare Deos. Cœleſtes Deos precemur,
Cœleſtes Deas, omnes, cunctas. B. *accipe*
Linguam. A. *in hoc* &c.

Ter libat ſacrificus & libationem tertiam eleganter ὁσίαν vocat, ob numerum ternarium, quo nihil religioſius. Noſti Pythagoricum iſtud τρὶς σπένδειν. Ἀκολουθῶν eſt *miniſter*, Camillus, cui opportunè ante alios præcipit ipſe ſacrificus & ex vetere conſuetudine, καλῶς εὔχου θεοῖς, *linguæ fac in precando faveas*; tum ad reliquam adſtantium turbam ſe convertens, Ὀλυμπίοις εὐχώμεθα, Ὀλυμπίαισι, πᾶσι, πάσαις, nam ſic ſcribimus ejecto ᾗ, quod otioſum eſt & contra librorum auctoritatem non ſatis providè inſertum à Viro Summo. Sequebantur mox ipſæ preces, quæ voces extraneas non admittebant, ſecus ac illa, quam nunc habemus, admonitio; cui Camillus, dum ipſe Sacrificus linguis favere jubet, accommodè, ita vivam! interſerit λάμβανε τὴν γλῶσσαν: ſcis quò reſpiciat puer. Quid probabilius?

Num. 4. Κώβιος, ἠλακατῆνες, καὶ κυνὸς οὐραῖον.

Ut metro Iambico bene ſit, ſcribendum autumo,

— — Κώβιος, ἠλακατῆνες, καὶ κυνὸς
Οὐραῖον.

M E Θ H. *Pag.* 114.

Num. 1. Εἶτ' οὐκ ἀτοπώτατα &c.

In hoc loco enarrando, poſt *Grotium* & *Caſaubonum*, Auctor Anonymus parum dextrè verſatus eſt. Videamus ſingula, ſed breviter. In verſu 1. ſine dubio legendum eſt εἶτ' οὐχ ὅμοια, ut ipſe *Athenæus* habet. V. 5. nec Μενδαῖον, nec Ταύτας, τὸ mihi lenocinari poteſt. Prius illud metro inimicum eſt, alterum ineptum & marcidum. Nam cui bono illud ταύτας? cur non pariliter ſcripſit paullò ante, αὐλητρίδας ταύτας? cur alia articulo non deſignavit? an id merebantur ſolæ Pſaltriæ? Quid reponendum ſit, certò divinare non poſſum. Nam & πάσας, quod ex ταύτας hic, ille forſitan exſculpſerit, mihi perinde placet. Fors ulcus

hîc

hîc altiùs hæret, nam & verba & ſenſus hujus periodi, ſi rite attendas, aliud quid promittunt; quod cùm Auctor ille Anonymus præſtare ſatagit addendo, *ubi duco nobis*, quorum nec vola nec veſtigium eſt in Græcis, audax ſanè eſt & nodum non ſolvit, ſed ſecat. Si liceret ſuſpicari in voce Μενδαῖον, ἡμῖν τὸ latitare, res omnis in tuto eſſet; nam ſic manifeſta foret oppoſitio inter τοῖς θεοῖς & ἡμῖν, quæ hic unicè deſideratur. Sed ne quid calidius: audaces Fortuna juvat, non Dea Critica, cujus ſacra nunc obimus. Quare hic ſanè ampliandum cenſeo: non omnia poſſumus omnes. Sed verbum, verbum! Quid ſi legamus?

> Αὐλητρίδας δὲ, καὶ μύρον, καὶ ψαλτρίας,
> Τούτοις, τὸ Θάσιον, ἐγχέλεις, τύρον, μέλι.

Imò hoc mihi jam nunc incidit & verum exputo: nam ſic ſingula ſibi conſtant & in his manifeſta eſt oppoſitio. Illud τούτοις, ſcilicet, Paraſitos reſpicit & nepotes, de quibus ut nunc loquitur in fine hujus χρήσεως, ita in verbis præcedentibus, quæ ad plura abierunt, apertè locutus fuerat *Menander*, ut à ſuperioribus iſtis articulus pependerit; ni paraſitos præſentes & illic adſtantes articulo demonſtrativo deſignet Poëta; quod eodem redit & non minùs appoſitum eſt, quàm alterum iſtud. Utrum eligas, ciccum non interduim. Sic Μενδαῖον vocis Θάσιον eſt diverſa lectio, quæ τούτοις τὸ, vel antiquis ſedibus expulit, eáſque invaſit, contra jus, fáſque, vel poſtquàm illa fortè fortunâ interierant, ab hominibus imperitis adſcita eſt, ut verſus ſenarius oppidò integer foret & numeris ſuis abſolutus. Nam, quod vel præcipuè notandum, utrovis modo legas, τούτοις τὸ Μενδαῖον, an τούτοις τὸ Θάσιον, perinde eſt; cùm nec hoc, nec illud reſpuat Iambus. Et quid igitur probabilius? Ipſe ſenſus elegans eſt & huic loco apprimè conveniens. Ubi Diis oviculam ducimus, inquit homo frugi, quæ vix drachmis conſtat decem, *hiſce*, nepotibus, nempe, ac Paraſitis, *ea exhibemus, quæ præter propter deglutiunt talentum: quid igitur? Nonne hoc pacto* ὅμοια πράττομεν καὶ θύομεν? Nihil expreſſius, ubi de impenſis loquitur minimè neceſſariis; ſciunt Eruditi. Jam verſum 7, 8. & 9. ita lego, diſtinguo,

> Δραχμῶν μὲν ἀγαθὸν ἄξιον λαβεῖν δέκα
> Ἡμᾶς, ἐάν γε καλλιερηθῇ τοῖς θεοῖς;
> Τούτων δὲ πρὸς ταῦτ' ἐπανελεῖν τὴν ζημίαν;
> Πῶς οὐχὶ τὸ κακὸν τοῖς ἱεροῖς διπλάζεται;

Et

Et hæc venuſta ſunt. Nam ita pergit homo: Et cui bono tot impenſæ? Sæpe ut evitemus aliquod malum, quod decem drachmis poterat lui, ut conſequamur *ἀγαθόν τι*, quod decem drachmas nobis procuret, oviculâ facimus, quæ ſi Deos nobis reddiderit propitios, quid, quæſo, lucramur? Nihil, ſcilicet. Nam pro ovicula, quæ decem drachmis emta eſt, bonum aliquod recipimus, quod decem quoque drachmis valet. Calculus hactenus æqualis. Sed quid impenſarum præterea non fecimus miſeri? Sacrificium modicum, ut antea diximus, nunc talento conſtat. Igitur ſi rem ex vero æſtimemus, nonne ſacrificando perdimus? nonne bonum illud, quod à Diis accipimus, inſano pretio nobis comparavimus, & malum, quod re divinâ averruncare volumus, ſic reverâ duplicatur? Hic eſt eſt ſenſus, elegans, mehercle! Græca de verbo ad verbum ita ſonant,

Bonum quidem nos aliquod accipere drachmarum,
Decem, ubi Diis ſacra fecimus ſecunda ac fauſta?
Verùm autem præterea damnum in nos ſuſcipere?
Nonne hoc pacto malum re divinâ duplicatur?

Cùm quibus compares nunc, quæ Auctor Anonymus habet, & videbis tuâ ſponte, quid diſtent æra lupinis. Mox ſubjicit, *ἐγὼ μὲν ἂν ὤν γε θεὸς* &c. Hoc eſt, *ubi res ita ſe habent, ubi in gratiam belluonum nunc tot ac tantæ fiunt impenſæ, cùm ipſum ſacrificium ſit modicum & vix decem drachmas requirat, rem puſillam; ego, ſi Deus forem, id ſaltem non paterer, ut* &c. Nam hæc ita cum verbis præcedentibus & tota ſententia belliſſimè cohærent. Verſu decimo tertio legimus, mutatâ unicâ litterulâ,

Εἰ μὴ καθήγισέ τις ἅμα καὶ τὴν ἔγχελυν.

Particula *καὶ* pretii eſt quantivis. Verſu ultimo veriſſimè emendat *Grotius ὁ πάνυ, γνησιῶν: συγγενῶν*, quod editur, putidum eſt, mehercle! & indecorum. Nam cùm hoc dicit Paraſitorum oſor, non loquitur ut homo, ſed perſonam adſciſcit Dei, ut proinde elegantiſſima ſit oppoſitio inter *θεὸς* & *γνησιῶν*, quam lectio vulgata planè enecat. Callimedon *συγγενής*, ſi ſacrificantes ſpectas & qui ſacrificio intererant, non ſi vultum adtollas ad ipſum Numen, cui ſacrificatum: expreſsè autem legitur hîc, *ἐγὼ μὲν ὢν γε θεός.* Taceo, quod elegantiſſimè profectò *Menander*, ubi iſta præmiſit, magnum helluonem, qui epularum delicias, quæ

quæ Deo potiùs videbantur deſtinatæ, quàm his gulæ mancipiis, deglutiebat avidè, & γηγλυῦ vocet & ut Diis inimicum nobis depingat. Nihil venuſtius, aut argutius. Pro ἀπέθανεν non opus eſt, ut cum Cl. *Clerico* ἀπέθανῃ reponas. Nam & ſic locuti ſcriptores è Græcia: quanquam id verſus ſanè non reſpuat. Nam ultima in ἀπέθανῃ, ut vel pueri norunt, corripi poteſt, propter ſequens εἰ, quod bonus ille Auctor Anonymus non vidit, vel videre forſitan noluit. Scis, quare.

Num. 3. — Ἐμὲ γὰρ διέτρεψεν
Κομψότατος ἀνδρῶν Χαιρεφῶν &c.

Dictum elegans, ſed cujus acumen hactenus percepit Eruditorum nemo. Locum emendemus primò, tum explicemus. Legendum eſt,

— Ἐμὲ γὰρ διέτρεψεν ὁ
Κομψότατος ἀνδρῶν Χαιρεφών. ἱερὸν γάμον
Φάσκων· ποιήσειν δευτέραν μετ' εἰκάδα
Καθ' αὑτὸν, ἵνα τε τετράδι δείπνῃ παρ' ἑτέροις·
Τὰ τοῦ Θεοῦ γὰρ πάντα γ' ὡς ἔχειν καλῶς.

Ut ſine dubio reliquit ipſe *Menander*. Senſum nunc ita accipe. Cùm dicebat Chærephon *ſe facturum nuptias ſacras vigeſimo ſecundo menſis die apud ſe*, idem eſt, ac ſi dixiſſet lepidiſſimus Paraſitus, cui nec focus erat, nec ignis, *die vigeſimo ſecundo jejunium agam & cibo vacuus manebo domi*; non ut Jovem & Junonem hoc jejunio mihi obſtringam, aut religionis ergò, ſed ut *die vigeſimo tertio ſequenti apud alios cœnare poſſim majori cum voluptate*, plenam famem unà cum corpuſculo ad convivium adferens, nec à cibo & potu, quem die præterito mihi ſumſerim, miſerè laſſus ac fatigatus: ἵνα τε τετράδι δείπνῃ παρ' ἑτέροις. Quid feſtivius? Addit, *ſic enim res Deæ optimè ſe habebunt*; ſi ſcilicet, ipſo ſacrarum nuptiarum die jejunus foret, neque cibo repletus ad ipſas fauces, neque vino madidus: in quo, mehercle! ſumma eſt ſcurrilitas. Ludit enim perquàm jocoſe homo lepidulus ambiguâ voce γάμος, quæ vel nuptiarum ſolennia denotat, vel ipſas nuptias & id, quod in nuptiis primum eſt ac præcipuum. Junonis γάμος optimè ſe haberet, τὸν γάμον ἱερὸν ποιῆσαι verè ac maſculè poſſet, ſi capite ſano membra forent ſana & ad agendum apta. Scis, quò digitum intendat alter Ixion, qui τὰ τῆς

θεοῦ propterea tantùm commemorat, omiſſis τοῖς τῶ θεῶ, quæ non curabat ille. Et quid mirum igitur, quòd hominem κομψότατον vocat, & quòd dictum hoc adeò ſcurrile alterum διέτρεψεν, id eſt, riſum incutiit, qui miſerum ferè enecaſſet? Nam ſic accipienda eſt vox iſta; πάντα autem hîc idem, quod πάντως vel κατὰ πάντα.

Μ Ε Σ Σ Η Ν Ι Α. *Pag.* 118.

Num. 6. Ἡγεῖται μὲν ὅλως ἐπικόπανόν τι.

Et hoc facetum eſt inprimis ac lepidum. Ἡγέομαι, *præſum*, *principatum teneo*, verbum grave & majeſtatis plenum, in re jocoſa, adhibuit *Menander* & minùs ſeria, cùm de menſa coquinaria nunc verba faciens inquit,

— Ἡγεῖται μὲν ὅλως ἐπικόπανόν
Τί. — —

Sic enim ſcribendum in gratiam versûs;

— partes primæ nunc omnino debentur
Menſæ coquinariæ.

Tantus eſt menſæ coquinariæ honos, ut nunc ceteris omnibus præſtet, ut nihil ſit in rebus humanis, quod cum ea comparari poſſit. Sine dubio nepotes reſpicit & gulæ mancipia ventrique deditos, qui menſam coquinariam & coquos impenſiùs colebant, quàm ipſos Deos immortales, & præ iſtis gulæ irritamentis deſpiciebant, quicquid in rebus humanis eximium eſt & præſtans. Ipſe *Menander* eò reſpiciens *pag.* hujus collectionis 50.

— — οὐδὲ εἷς
Μάγειρον ἀδικήσας ἀθῷος διέφυγεν·
Ἱεροπρεπής πως ἐστὶν ἡμῶν ἡ τέχνη.

Pluſcula ea de re *Athenæus*, in convivio. Τὶ poſt ἐπικόπανον vel παρέλκει & additum eſt venuſtatis gratiâ, ut ſolent ſæpe Græci pariter ac Latini, vel hîc profertur κατὰ μείωσιν: *Eò deventum eſt, Dî boni! ut nunc primæ tribuantur partes menſæ alicui coquinariæ.* Nihil venuſtius, aut lepidius. Cl. *Hemſterhuſium*, qui hæc aliter explicat, non ſequor; longè petitum eſt, quod notat ille. Cùm autem emen-

emendet, ἡγεῖταί. με ὅλως ὡς ἐπικόπανόν τι, verſum ſatis improvidè enecat. Nam ſic Iambus non eſt, qui menſurari poſſit. Nos ne litterâ mutatâ & verſui & ſententiæ pleniſſimè ſatisfecimus. Ad hæc quæ de ipſa Dramatis inſcriptione & τῷ Μεσανίᾳ diſputat, ſatis operosè, mihi vel ſerò, vel nunquam probari poterunt; nam ut in re leviſſima & nullius, ita vivam ac valeam! momenti nunc uno verbo dicam, quod ſentio, quis in animum ſibi inducere poſſet *Menandrum* Dramati, quod ſermone Attico haud dubiè conſcriptum fuit, titulum præfixiſſe, cujus forma erat Dorica? Id ſanè fuiſſet

Diverſum confuſa genus Panthera Camelo.

Quare Μεσηνία mihi unicè placet.

ΜΗΤΡΑΓΥΡΤΗΣ. *Pag.* 120.

Num. 2. Προπίνων Θηρίκλειον τελκότυλον.

Apud *Athenæum* προπίνον: adducit autem hæc verba *Menandri*, ut probet & τὸ θηρίκλειον & τὴν θηρίκλειον promiſcuè dici genere fœminino & maſculo; quæ nota diſtinctionis cùm hic ſit nulla, videbis, an non legendum

— Προπιὼν vel προπιὼν
Τὴν θηρίκλειον τελκότυλον. —

Num. 3. Εἰ μὴν τι κακὸν ἀληθὲς &c.

Locus elegans. Verſu 2. non malè Auctor Anonymus τούτου μ' ἔδει, ut tamen rejiculum non ſit, quod editur. Verſus 7 & 8. à turpiſſimis Amanuenſium fungis ſenſerunt plagas. Locum Auctor Anonymus ita legit,

Περιμαξάτωσαν σ' αἱ γυναῖκες ἐν κύκλῳ,
Καὶ περί σε θειούτωσαν· ἀπὸ κρουνῶν τριῶν
Ὕδατι περιῤῥάναι, ἐμβαλὼν ἅλας, φακούς.

Vel ſi cui Tmeſis illa non adrideat,

Καὶ περιθειωσάτωσάν σ'. ἀπὸ &c.

Haud ineptè. Sed an ita reliquit *Menander*, ut ſatis audacter adſeverat homo? Ea de re, dicam liberè, multùm

 ego

ego dubito. Etenim ipſa quidem orationis ſtructura laxa eſt & diſſoluta, illud autem ἐμβαλὼν mihi diſplicet, ubi medendi cura mulierculis demandata erat. Nam quàm jejuna eſt illa perſonarum mutatio? Ad hæc τὸ περιθειωσάτωσαν neſcio an hîc ſatis ſit opportunum, ubi mox ſequitur, ἐμβαλὼν ἅλας, φακοὺς, quæ luſtrationi inſerviunt, vel præprimis. Quare, ſi me exaudias, hæc potiùs vel vera, vel vero ſimillima eſt emendatio,

A. Εἰ μή τι κακὸν &c.
— οἰήθητι δ᾽ ὠφελεῖν τι σέ.
Περιμαξάτωσαν σ᾽ αἱ γυναῖκες ἐν κύκλῳ.
B. Ναί. A. Καὶ περιμελέτωσαν ἀπὸ κρηνῶν τριῶν
Ὕδατι περιῤῥάναι, ἐμβαλοῦσ᾽ ἅλας, φακούς.

Nam ſic & verba mollisſimè incedunt & minima, mehercle! fit mutatio. Pro περιμελέτωσαν antiquitus ſcriptum compendioſè περιμέλωσαν, ut ζεῖν, in hoc ipſo loco, pro ζητεῖν, & alia infinita. Id cùm homines imperiti non intelligerent, mutatum in περιθέτωσαν, quod meliùs noverant illi. Ναὶ vel à vocula ſequenti abſorptum, ob ſimilitudinem nimiam, quæ ſæpe fatalis fuit & exitioſa, vel omiſſum ab ipſo *Clemente*, qui ſeriem orationis hac voculâ noluit interrumpere, inprimis ubi prolata erat ab alia perſona; verſum proinde, ut in his ſæpiùs accidiſſe novimus, dedit fortaſſe mutilum & capite truncatum. Eligant peritiores; nam alterutrum ſine dubio verum eſt. Ipſum ναὶ elegans, ubi præceſſit οἰήθητι δ᾽ ὠφελεῖν τι σέ, & mox miſer non ad medicos amandatur, homines ſeveriores, ſed mulierculas, quæ corpus abſtergerent manibus molliculis. Nihil ſuavius hoc adſenſu. Poſt περιμελέτωσαν non indigemus vocula σὲ, quæ hic repetenda ἀπὸ κοινοῦ. Quare nunc locum ita vertas,

A. *Si verum quodpiam* &c.
— *Putato autem id tibi profuturum:*
Abſtergant te mulieres undiquaque,
B. *Imò*, *benè*. A. *Et inprimis te à tribus-fontibus*
Petitâ aquâ circumſpergi curent, *ubi ſalem ei injecerint & lentes.*

Περιμελέτωσαν verto *inprimis curent*, *id inprimis operam dent*, *ut* &c. veriſſimè, ut mihi videtur. Ἐπιμελέω, *diligenter*, *exactè*

exactè curo; idem περιμελέω, ut περιδείδω, *vehementer metuo* & alia ſexcenta, quæ præpoſitionem intenſivam περὶ, ut ita loquar, præfixam habent. Et hæc ſufficere poſſunt ad hunc locum. Sed verbum, verbum tamen, antequàm pergo. Dum calamus currit, oculos conjicio in iſtam Auctoris Anonymi emendatiunculam,

Καὶ περιθειωσάτωσαν σ'. ἀπὸ κεραυνῶν τελῶν,

Et quid, malùm? in loco quarto verſûs Iambici dactylum deprehendo: age, exſulta *Clerice*, hic eſt ille ipſe, qui & latera & crura tibi batuit, quòd multos ſenarios nobis obtrudas pedagroſos & elumbes, quos in ipſa tamen Præfatione *minimè pro bonis ac integris verſibus à te proponi* ſcribis.

ΜΙΣΟΓΥΝΗΣ. *Pag.* 122.

Num. 8. Τί γὰρ δὴ γῦρός ἐστιν, οὐ συνίημι.
Quid enim gyrus ſit non intelligo.

Haud dubiè ſunt verba *Menandri*; nam & εἰπὼν hoc ſuadet & ipſa ſententia. *Phrynichum* ignoraſſe, quid γῦρος ſignificet, & id indicaſſe propalam, quis credat? Improbat vocem, ut Atticam minùs & venuſtam, ſed ipſam vocis σημασίαν propterea non ignorabat, aut ignorare poterat. Nam ſic ſanè omnium illarum vocum, quas in Eclogis ſuis proſcribit, notitiam non habuerit homo; ſic cuivis Articulo & debuiſſet, & potuiſſet hæc bellula adjicere, non huic ſoli & uni; ubi γῦρος, mehercle! vox erat non magis ignota & recondita, quàm reliquæ omnes, quas longâ ſerie recenſet, forſitan & vulgatior benè multis. Nihil indubitatius. Quare errat Auctor Anonymus, qui locum mutilum cenſet & ipſam χρῆσιν hinc excidiſſe putat, *Phrynicho* adſignans, quæ à *Phrynicho* nunquam potuerunt proficiſci. Sed video, quid acciderit homini. Metrum temeratum ad iſtas anguſtias reduxit Criticum inſignem, qui hîc perſpicere oppidò! non poterat legendum eſſe, deletâ modò unicâ litterulâ,

— — Τί γὰρ
Ἡ γῦρός ἐστι οὐ συνίημι. —

Adpoſitè, ita ſim felix! Scilicet, in hoc Dramate introducebatur aliquis κακόφωνος, qui pro ὁ γῦρος dicebat ἡ γῦρος,

ρος, hunc reprehendit *Menander*, ut in Comœdia factum aliquoties, cùm hic ipſe inquit, *quid enim* ὁ γῦρος *ſit*, *non intelligo.* Ὁ γῦρος noverat, hoc commendabat, à *Phrynicho* propterea reprehenſus; quo jure quáve injuriâ nunc anquirere non lubet, aut vacat. Atque hinc facilè vides, quæ ſit erroris occaſio: Amanuenſes, ſcilicet, aut Critici inficeti qui verba tenebant, non ſenſum & eorum intellectum, pro ὁ γῦρος, quod nullibi offenderant, hîc ſcripſerunt perperam, ut ſermonis Analogiæ morem gererent, δὴ γῦρος. Quid quæſo, probabilius? Apage autem illud *hic*, quod in Verſione Auctoris Anonymi comparet gratìs; id *Phrynichus* non agnoſcit, ſed clanculum ingeſſit homo, ut falsâ ſpecie Lectorem minùs adtentum lepidè ineſcaret. Cordatiores hujuſmodi fallacias rident.

Num. 9. Χλαμύδα, καὶ Μυσίαν, λογχὼ, ἀοςτὼ.

Quæ Auctor Anonymus hîc notat, ne udo digito adtingere erat opus. Nam ſic ſanè *Pollucis* Interpretes; quos cur non nominat homo?

ΝΑΥΚΛΗΡΟΣ. *Pag.* 128.

Num. 3. Ἥκει λιπὼν Αἰγαῖον ἁλμυρὸν βάθος
Θεόφιλος &c.
Num. 4. Τὼ ναῦν σεσῶσθαί μοι &c.

Veriſſimè Auctor Anonymus utrámque χρῆσιν conjunxit, quod præterea præſtitit, nullius ſanè eſt momenti; nam ex conjecturis & lectionibus diverſis elegit, quæ vero videbantur propiora; de ſuo addidit, aut parum, aut nihil. At verò quàm providè, quàm δικαίως, Criticorum iſte ocellus rigidiſſimo ſuo examini ſubjicere potuiſſet illa,

Ἥκει λιπὼν Αἰγαῖον ἁλμυρὸν βάθος
Θεόφιλος ἡμῖν, ὦ Στράτων, ὡς ἐς καλὸν
Τὸν υἱὸν εὐτυχοῦντα καὶ σεσωσμένον
Πρῶτος λέγω σοι, τόν τε χρυσοῦν κάνθαρον.

Quæ à Viris Eruditiſſimis neglecta mihi profectò crucem figunt, & inepta videntur ac inficeta. Nam quæſo, ubi dixerat ille: ἥκει λιπὼν Αἰγαῖον ἁλμυρὸν βάθος Θεόφιλος ἡμῖν, cui bono iſta repetitio ὡς ἐς καλὸν &c? Nam vel hæc, vel illa,

illa, adtendas rogo, dixiſſe erat ſatis. Dein ipſa illa repetitio ſit proba & vitii expers, nonne ſententiam ita putidiſſimè onerat illud τόν τε χρυσοῦν κάνθαρον, ubi nihil tale præceſſit antea in ipſa θέσει, ἥκει λιπὼν Αἰγαῖον ἁλμυρὸν βάθος Θεόφιλος ἡμῖν, cui neceſſe, ut repetitio ſaltem ſit conſona? Ut hæc meritò mihi diſplicent, ſic nullus ego dubito, quin ſimiliter diſplicitura ſint iſtis, qui ſciunt quid ſit emendatè loqui. Quare nunc edico primus, locum poſthac ita legant, diſtinguant Viri Eruditi,

A. Ἥκει λιπὼν Αἰγαῖον ἁλμυρὸν βάθος
Θεόφιλος ἡμῖν, ὦ Στράτων. Στ. Ὡς; ἐς κακόν.
A. Τὸν υἱὸν εὐτυχοῦντα καὶ σεσωσμένον
Πρῶτος λέγω σοι, τόν τε χρυσοῦν κάνθαρον.
Στ. Ποῖον; A. Τὸ πλοῖον· οὐδὲν οἶσθα γ' ἄθλιε;
Στ. Τὴν ναῦν σεσῶσθαί μοι λέγεις; A. Ἐγώ. Στ. Ἐμὴν
Τὴν ναῦν ἐκείνην, ἣν ἐποίησ' ὁ Καλλικλῆς
Καλύμνιος, Εὐφράνωρ δ' ἐκυβέρνα Θούριος.
A. *Venit, relicto Ægæi ſalſo profundo,*
Theophilus nobis, ô Straton. Str. *Quomodo? Abi in malam rem.*
A. *Filium ſalvum & incolumem*
Ego primus tibi dico, & aureum illum cantharum.

Sic nihil venuſtiùs. Qui adventum nunciat *Theophili*, ſervus eſt *Stratonis*, à portu ſe proripiens domum: ipſe *Straton* homo moroſus, ſenex & dives mercator: huic cùm adventum filii bonus ille nunciat Davus, ſenex de filio minùs ſollicitus, quàm de navi, pretioſis mercibus onuſta, quam filius conſcenderat, mox & navis & mercium ſibi metuit jacturam, quia ſervus ne hilum de navi; & reverâ ſatis ambigua videbantur illa, λιπὼν Αἰγαῖον ἁλμυρὸν βάθος: adeóque inquietus & morarum impatiens ait, *filium adveniſſe ſalvum, Ægæi ſalſum reliquiſſe ais profundum. Sed quo pacto? Abi in malam rem, cum verbis tuis ambiguis.* Ὡς, ut vel pueri ſciunt, ſæpe idem, quod πῶς. Mox ſervus id animadvertens mentem ſignatiùs exprimit, & decenter primò filium, cujus ratio habenda videbatur maxima, tum navem ſalvam adveniſſe ait: quo exaudito, ſtatim poſt exſultat homo avarus, τὴν ναῦν σεσῶσθαί μοι λέγεις, ἐμὴν &c. quæ haud dubiè cum magno animi & impetu, & ſumma proferuntur lætitia; de filio autem ne verbum addit, nec ejus ſalutem curat, ubi ipſa navicula erat ſalva, in qua ſumma, ſcilicet, rei. Quid lepidius? Imò adtendant, adten-

dant, quæſo, elegantiores; non diſplicebit, opinor, hæc noſtra ſuſpicio. Nam ſic ſummum eſt in his decorum & venuſtas non exigua. Pro ἰς καλὸν minimâ mutatione lego, vel potiùs nullâ, ἰς κακὸν, quo nihil expreſſius. Alii forſitan ἰς καλὸν, ita κατ᾽ εὐφημισμὸν hîc dictum cenſeant pro ἰς κακὸν, adeóque ne litteram mutent; ſit ita, per me licet. Quominùs tamen, dicam liberè, ita ſentiam, barbara & moroſa prohibet patris, ſeníſve indoles; quam, aut egregiè fallor, aut hic certò mihi deprehendiſſe videor.

ΞΕΝΟΛΟΓΙΑ. *Pag.* 132.

Num. 1. Οὕτως ἀσυλλόγιστον ἡ Τύχη ποιεῖ,
Τὸ συμφέρον τί ποτ᾽ ἐστὶν ἀνθρώπου βίῳ·
Χρῆται νόμοις καθ᾽ οὓς κρίνει τὰ πράγματα;

Verſ. 3. certiſſimè ita lego,

Καθ᾽ οὓς τὰ πράγματα κρίνῃ, οὐ χρῆται νόμοις.

Nec Auctorem Anonymum moror, cui ſententia diſplicet. Quæ hæ intemperiæ? Sed quid? An duo verſiculi præcedentes ita ſcripti ſatis tibi videntur nitidi & emaculati, ubi tu ita es naſutus? Imò ſiles, ô bone. Ego tamen, ſcias, ſcripſerim lubens,

Πάντ᾽ ὡς ἀσυλλόγιστον ἡ τύχη ποιεῖ!
Τὸ συμφέρον τί ποτ᾽ ἐστὶν ἀνθρώπου βίῳ;

Ut ſic erigantur, quæ nunc humi ſerpunt.

ΟΜΟΠΑΤΡΙΟΙ. *Pag.* 134.

Num. 2. Χρηστοῖς νομιζομένοις ἐφόδιον ἀσφαλὲς
Εἰς πάντα καιρὸν καὶ τύχης πᾶσαν ῥοπήν.

Ita veriſſimè reſcripſit *Grotius*, pro χρηστοὺς νομιζομένους, quod nihil eſt. Auctor tamen Anonymus: *Lectio Grotiana aliud quid, tanquam ἐφόδιον adeſſe iis ſignificat. Rectè ergo habet recepta ſcriptura.*

Χρηστοὺς νομιζομένους, ἐφόδιον ἀσφαλὲς,

Priora illa ex præcedentibus, quæ jam periere, pendent; poſte-

ſteriora per appoſitionem inferuntur. Sed παιπάλλω vannat. Nam ita conciſè in ſermone vulgari & quotidiano homines loquuntur millies, neque dubium eſt ullum, quin ipſum illud νομίζεσθαι χρηστοὶ his implicitè inſit. Iſta verò quàm contorta? Quàm curva & obliqua? Ceterùm hîc quoque tibi notes iſtud εἰς πάντα καιρὸν, cujus ſimile habuiſti ſuprà *pag.* 48. εἰς πάντα χρόνον, quia bonus ille Auctor Anonymus id parum cenſebat eſſe Græcum.

Num. 3. Ἦν δῆλον ὂν τί νύμφιός τε ἀλφάνῃ.

Rectè Auctor Anonymus,

Ἦν δηλονοτιὴ νυμφίος τότ' ἀλφάνῃ.

Sic & ego conjeceram.

Ο Ρ Γ Η. *Pag.* 138.

Num. 3. Ὁ λιμὸς ὑμῶν τὸ καλὸν τοῦτον δακὼν
Φιλιππίδου λεπτότερον ἀποδείξει νεκρόν.

Elegans eſt illud λιμὸς ὑμῶν: pauperes alloquitur, quibus cœna non erat dapſilis: *Si in veſtra culina foret bellulus iſte, mox ipſo Philippide ſit gracilior.* Nam præter cæpe & allium, illic nihil. Quid quæris? At Auctor ille Anonymus: *non convenit* ὁ λιμὸς ὑμῶν, fames veſtra: *tum enim non unum modò, ſed omnes graciles redderet, repono igitur*, ὁ λιμὸς ὑμῖν. Mireris viri perſpicaciſſimi acumen, mireris inquam, non laudes; nam nec ego, ita vivam! intelligo, nec tu, credo, intelligis, quid hæc lepida ſibi velint,

Num. 5. Τοῦθ' ἑταῖρός ἐστιν ὄντως. σὺ &c.

Malim ego,

— Ἑταῖρός ἐστιν ὄντως· σὺ &c.

Omiſſo τοῦθ', quod ipſius videtur *Athenæi*; nam ſic ille, Μένανδρος δ' ἐν τῇ Ὀργῇ περὶ φίλου λέγων οὐχ ὑπακούοντος γάμων δείπνῳ, φησὶ τοῦθ', ἑταῖρός ἐστιν ὄντως &c. verſus nunc ἀκέφαλος, ipſe ſenſus longè rotundior. Nam in voculâ τοῦθ' hîc neſcio quid faſtidioſi.

Num. 7. Οὐ μάτην.

Sine dubio legendum eſt ὐ μὰ τὴν, & ita erratum credo plus ſemel. Nam ſunt loca quædam, ubi dudum deprehendi ego pro μάτην, longè ſinceriùs & emaculatiùs legi poſſe μὰ τὴν; ſed iſta quidem nunc enumerare nihil adtinet. Properamus. *Menandro* operam addiximus.

Π Α Ι Δ Ι Ο Ν. *Pag.* 140.

Num. 1. Εἰς πάντα δουλεύειν ὁ δοῦλος μανθάνει;
Πονηρὸς ἔσται, &c.

Illud εἰς πάντα non eſt barbarum, ut Auctor Anonymus cenſet, ſed Græcum. Nam εἰς idem ſæpe, quod ἐν, ut ipſi balbutientes ſciunt, εἰς πάντα proinde ἐν πᾶσι, quod nemo vituperare auſit; nec tamen opus, ut ita ſcribas; nam *Grotii* εἰ πάντα reverâ ſufficit, ſi non ſit nimium. Fors ἅπαντα, quod *Stobæus* habet, nulla indiget medicina, legas modò,

Ἅπαντα δουλεύειν ὁ δοῦλος μανθάνει;
Πονηρὸς ἔσται.

Ἐρωτηματικῶς. Nam iſta ſanè interrogatio, quam Cl. *Clericus* etiam agnoſcit, *ibi non dura eſt & coacta*, ſed elegans & acuta.

Num. 2. Ἐφέσια τοῖς γαμοῦσιν οὗτος περιπατεῖ
Λέγων ἀλεξιφάρμακα.

Ita *Grotius*, & Cl. quoque *Neocorus*, qui *Grotium* tamen non nominat. Sit ita, non intercedo. Quia tamen apud *Suidam* eſt, Μένανδρος Παιδίον Ἐφεσία, malim ego, Μένανδρος Παιδίῳ ἢ Ἐφεσίῳ, ut Ἐφεσίῳ titulus ſit Dramatis notiſſimi. Sic loca veterum Poëtarum citantur millies; elegantiores ſciunt. Longè antem probabilius eſt iſtam vocem Dramatis continere nomen, quàm ad χρῆσιν pertinuiſſe ipſam, ubi inter Ἐφέσια & ἀλεξιφάρμακα diſtantia eſt nimia. Non ſolent ita Comici.

Num. 3. Μαράγδους εἶναι ταῦτ᾽ ἴδει καὶ σάρδια.

Haud dubiè vera lectio eſt μάραγδον. Eruditiſſimus *Cubnius* ad *Lib.* X. Pollucis *Segm.* 187. hæc ita citat,

Μαράγδων εἶναι ταῦτ᾽ ἴδει καὶ σάρδια.

ac ſi verſus ſenarius foret integer. Quod Auctori Anonymo riſum, mehercle! incutiet, ni adhuc *planè defeſſus ſit homo* durus & πρέσβυς; quod tamen ipſe Hercules φιλόπονος avertat! nam virum incomparabilem plus oculis meis adamo.

ΠΑΡΑΚΑΤΑΘΗΚΗ. *Pag.* 144.

Num. 1. — Στρατεία δ' οὐδεμίαν περιουσίαν
Φέρει, ἐφήμερον δὲ καὶ προπετῆ βίον,

Sic malè digeſta in ordinem redegit Eruditiſſimus *Grotius:* potuiſſet leviore utique operâ,

— Στρατεία δ' οὐ φέρει περιουσίαν
Οὐδὲ μίαν, ἐφήμερον δὲ καὶ προπετῆ βίον.

Et hoc verum exputo. Auctori Anonymo placet,

— Στρατεία δ' οὐ φέρει περιουσίαν
Οὐδεμί', ἐφήμερον &c.

Sed ei non adſentior. Nam illud οὐδὲ μίαν aptiùs ſanè jungitur cùm voce περιουσίαν, quàm cum voce στρατεία, tum nihil neceſſe, ut vel litteram emendemus, ubi metrum quoque id nequaquam efflagitat. Quanquam & ille potuiſſet, ſi οὐδεμία στρατεία homini ita adlubeſceret, ne litterâ mutatâ,

— Στρατεία δ' οὐ φέρει περιουσίαν
Οὐδεμί' ἂν, ἐφήμερον δὲ καὶ προπετῆ βίον.

Nam particulâ ἂν hîc ſanè non invenuſta foret.

Num. 10. A. Ὅλην ταλάντου χρυσίου σοι, παιδίον,
Ἕστηκα τηρῶν. —

Hæc deſumta ſunt ex *Polluce:* ſed pro ἕστηκα τηρῶν illic in libris MSS. ἔστη κατηγορῶν, quod an ſatis providè tutatus ſit Cl. *Hemſterhuſius* ſummopere dubito. Nam ſic duriuſculum eſt τὸ κατηγορῶν. Acutè Eruditiſſimus *Cuhnius* ἕστηκα τοιγαρῶν. Et hoc præplacet, ſi quid mutandum.

ΠΕΡΙΝΘΙΑ. *Pag.* 146.

Num. 1. Οὐ πώποτ' ἐζήλωσα πολυτελῆ νεκρὸν,

Εἰς

Εἰς ἴσον δ' ὄγκον σφόδρ' ἔρχετ' ἐυτελεῖ.

Dictum elegans. Cadaver pretioſè ornatum non habet majorem prærogativam, quàm viliùs inſtructum, *ἔρχεται εἰς τ ἴσον ὄγκον*, *ad eandem redigitur amplitudinem & faſtum, ad idem honoris faſtigium:* ſic enim accipiendum eſt hoc loco illud *ὄγκον*, ut ſæpiùs ita accipitur alibi. Et hæc dicuntur *ἐν ἤθει*: nam idem eſt ac ſi dixiſſet *Menander*, *redigitur ad nihilum*. Figura hæc in Comœdia frequens, quàm vel ſcire oportet, vel Comicorum ſententias non adtingere. Quare riſum debet Auctor Anonymus, cùm hic de Criſi iterum cogitat, & ſeriò ita ſcribit: *non placet illud ὄγκον: quid enim eſt ἔρχεται εἰς ὄγκον? Quis ſic locutus? equidem legerim:*

Εἰς τ ἴσον οἶκον τῷ &c.

Nam, mihi credas, ô bone, illud *ἴσον οἶκον* flacceſcit ut heſterna roſa, ſi ritè conſideres quod nunc primus te docui. Ceterùm inſititia particula ȝ ejicienda è verſu.

Num. 6. — Ὡς ἔςη μαλακὰ συλλαβὼν
Ἐκ τ πόλεως τὸ σύνολον ἐκπηδᾷ ψιλόν.

Hoc ex Polluce, inquit Auctor Anonymus, *huc tranſlatum eſt, in quo Vir Cl. more ſuo plurima peccavit. Priorem verſiculum metro laborantem poſuit, poſteriorem ſenſu.* Bene, bene. Sed quid? An minùs peccat Eruditiſſimus *Cuhnius*, qui hæc ita conſtituit,

Ὡς ἔςη μαλακὰ συλλαβὼν ἐκ τ πόλεως
Τὸ σύνολον ἐκπηδᾷ θᾶττον ψιλός,

dic *Clerici* oſor, uſque ad ipſam iniquitatem? Profiteor me conſtitutum eſſe extra partes, ſed cùm hæc talia lego, quæ ſpiſſiùs occurrunt & ſingulis ferè paginis; parum abeſt, quin ad peſſimos te ablegem ſycophantas, quin lictores à Senatu Litterario petam, qui te omnium iniquiſſimum quantocyus ad Prætoris trahant tribunal, ut frons ferrea poſthac calumniantium notâ ſuperbiat. Sed ita natus es, credo. Cùm autem togam componis & vultum in rugas contrahis, ac ſi ſplendidum quid in medium prolaturus, quod loco medendo ſit; nonne optimum *Jungermannum* merito honore defraudas, qui dudum antè ita correxerat, *ὃ ἔςι μαλακὸν συλλαβὼν ἐκ τ πολέως τὸ σύνολον ἐκπηδᾷ φίλος*, id eſt, ſi unicam litterulam demas, non aliter, ac tute conjicis: nam

nam de μαλακὰ non erat ſanè tibi cogitandum? Imò ubi eum præ inſcitia deſeruiſti, nonne turpiter aberras? Nam, ut nunc video, illud ἐκπηδᾷ φίλος, quod Vir longè Erudititiſſimus providè conjunxit, tu peſſimè ſeparas & ita, ô miſelle, interpretari ſuſtines, *exſilito, ô amice:* Scilicet, φίλος pro φίλε hoc Comicum eſt, hoc ſumtum de medio, ita vulgus, non qui buccam inflant & Poëtarum diligunt figuras. Nihil, mehercle! ſuavius, nihil inficetius. Ad hæc cùm *Diphili* χρῆσιν, quæ *Menandream* ſequitur, hîc tentas, illud ὦ δύστην' eidem *Jungermanno* debes, qui te præterea docuit, unde auſpicanda erat metri redintegratio; nam ſic ille ipſe, —μαλακὸν, ὦ δύστην', ἔχεις Σκινδάριον, quem ſequeris, nonne? Tum ἐνδρομεῖ tibi ſuggeſſit *Cubnius*. Et ſic tamen ipſa loci emendatio tibi infeliciter ceſſit: nam quàm rancidum eſt oppidò, illud οὐκ ἐνδρομεῖ λαβὼν, ſi ſententiam ſpectas? En, en meliora, ſi veritatem amas,

— Εἶτα μαλακὸν, ὦ δύστην', ἔχεις
Σκινδάριον, ἐκπωμάτιον, ἀργυρίδιον·
Ἄγ' ἐκ δόμου λαβὼν τόδ' ἐνδώσεις ἐμοὶ
Παρακαταθήκην.

Et ne muſſites poſthac. Ἐκ δόμου vel *de domo* ſignificat, vel *ex arca*; utrum eligas perinde eſt. An autem ſint verba alicujus lenæ amatorem ad arrhabonem ſibi dandum ſollicantis, tu, credo, meliùs dijudicare potes, quàm ego; nec id tibi invideo.

Num. 8. — Τὰ δ' ἄλλα ἀνέπαφα σώματα
Οὐδ' ἕλη.

Illud οὐδ' ἕλη ſuſpectum eſt Auctori Anonymo, qui hæc corrigat non invitus; quia autem in Editione *Suidæ* Mediolanenſi legitur οὐδέλη & à prioribus iſta vox puncto ſejungitur, dubitat, an non legendum ſit οὐδὲ ληϊστὰ, *quæ pro præda haberi nequeunt, ut ſunt verba Suidæ interpretantis* τὸ ἀνέπαφα. Quid dicam? Iſta ſuſpicio mihi longè magis ſuſpecta eſt, quàm ipſa lectio vulgata. Itáne ſententiam decurtare, quæ nunc quodammodo ſibi conſtat? itáne interpretari vocem ἀνέπαφα, abſque ullo Auctore idoneo & relicto *Suida*? Id ſanè duriſſimum eſt & longè petitum; quare iſta conditione non utar. Veriùs fortaſſe nos, ſi quid mutandum ſit, qua de re dubito,

— Τὰ

— Τὰ δ' ἄλλ' ἀνέπαφα βρώματ' οὐδ' ἔλῃ.

Nam ſic iſtud ambiguum, quod oritur ex ἀνέπαφα σώματα, opportunè & leviculâ mutatione tollitur. Quæ autem ἀνέπαφα dicantur βρώματα, *edulia intacta*, omnes ſciunt, quotquot ſenſum habent communem: imò iſta locutio & elegans eſt & adpoſita. Quare judicent Eruditi. Fors verba ſunt heri de ſervo, cui cellæ penuariæ commiſſa erat cura.

Π Λ Ο Κ Ι Ο Ν. *Pag.* 150.

Aſtutè Auctor Anonymus, *loca hæc ex Gellio Viris Maximis Scaligero, Caſaubono, aliiſque tentata, quia non ſunt nobis ad manum vetuſtæ Gellii Editiones, intacta præterimus. Multa tamen ibi, ſi id ageremus, caſtiganda & corrigenda fore, jam nunc videmus.* Ut magna potiùs & egregia promittat, quàm nihil dicat. Atqui in *Menandro* nunc erat totus. Nec nobis ſanè vetuſtæ *Gellii* Editiones nunc ſunt ad manum; videamus tamen quid poſſimus in hoc ſcripto extemporali, abſque iis, ne planè ſimus ἀσύμβολοι. In fragm. 1. verſu 1. ſcripſerim lubens,

— ἐπ' ἀμφότερα νῦν ἐπίκληρος ἦ,
In utrámque aurem nunc ſola hæres profectò;

ne litterâ ferè mutatâ. In mea enim Editione, quæ ad *Stephanianam* dicitur efficta, ἐπ' ἀμφοτέραν ἵν' ἐπίκληρος ἦ. Voce ὦτα non indigemus, quæ hîc ſubaudienda eſt; & iſta quidem Ellipſis nec inelegans eſt, nec infrequens. Sic *Callimachus* βλέπειν ἀμφοτέροις dixit, pro βλέπειν ὄμμασι ἀμφοτέροις. Alia nunc ſponte prætereo. Verſu 7. *Grotius* ὁ θαυμάσιος non malè διὰ τὴν ὄψιν, pro καὶ τὴν ὄψιν; attamen non video, cur iſtud vulgatum ita faſtidiosè aſpernari debeam; nam δέσποινα καὶ τὴν ὄψιν idem, quod δέσποινα καὶ κατὰ τὴν ὄψιν, ut vel pueri ſciunt; id autem improbum non eſt, nec ſententiam onerat particula καὶ, ſed confirmat potiùs & eleganter corroborat. Nam iſta ſuavicula δέσποινα, cùm propter ἔργον illud περιβόητον καὶ μέγα, tum vel præcipuè propter vultum, quem ſibi ſumſerat, gravem; auget igitur ſententiam & alteram cauſam exprimit, ob quam uxor videbatur Jove digna. Verſ. 8, 9, 10, 11 & 12, in quibus præcipua eſt difficultas, ita lego,

Ὄγος

> Ὄνος ἐν πιθήκοις τί τὸ λεγόμενόν ἐστι δή·
> Τί τοῦτο σιωπᾶν βούλομ'; αἲ τὴν νύκτα, τὴν
> Πολλῶν κακῶν ἀρχηγὸν! οἴμοι, Κρειωβύλην
> Λαβεῖν μὲ τάλαντά τε δέκα, γύναιον πηχέως!

Iiſdem ferè ſervatis litteris. Verſus primus ita in mea habetur Editione. Secundo τί addidi in ipſo initio, pro βούλομαι autem nullâ mutatione lego βούλομ' αἲ, adpoſitè, ita vivam! nam hic noctem dolet & primum, cum ſua bellatula, congreſſum, unde tot mala. Αἲ τὴν νύκτα, *eheu noctem*. Verſ. 3. ne litteram, aut litteræ apicem muto. Κρέω in Κρέωβυλην patitur Synizeſin, ut verſui morem gerat. Et hoc notum. Verſ. 4. pro καὶ δέκα τάλαντα, nunc habes τάλαντά τε δέκα, ſuadente verſu, quem Amanuenſium peſſimi turpiter contaminaverant: illud autem οὖσα, quod inter γύναιον & πηχέως vulgò comparet, eò ablegavimus, unde pedem huc intulerat malum; ad corvos, ſcilicet, & ſciolos, qui ſunt Corvorum inſtar. Senſus id ſanè non requirit. Sequitur,

> Εἶτ' ἐστὶ τὸ φρύαγμα πῶς ἂν ὑπόστατον;

Quæ ita legi, mehercle! non improbo: at longè tamen elegantiùs ſcriberetur poſthac, ἀλλ' ἐστι. Nam hîc animum, ut mihi videtur, ſumit quovis Iro pauperior: *At verò faſtus ille quî tolerari queat? Non, non per Jovem & Minervam.* Sic autem longè concinnius eſt & fortius τὸ ἀλλὰ, ut non inficiaturi ſunt elegantiores. Interim non audeo, ſine libris. Pergit homo, ut ſuum οὐδαμῶς confirmet, nec temerè effutitum probet,

> Παιδισκάριον θεραπευτικὸν, τάχιον λόγου
> Ἀπήγαγ', ἴστω δ', τις ἄρ', ἣν ἀντεισάγοι.

Nam ſic legendum puto,

> *Ancillulam ſedulò ſervientem verbo citiùs*
> *Ejecit domo: at ſciat, quam nunc introductura ſit.*

Quid, quæſo, opportunius? Non tolerabo poſthac mulierculæ faſtum: ancillam non inſcito miniſterio, nec facie illiberali domo expulit, bene, bene, hæc acta geſta ſunt; ſed videat illa matrona, quam nunc introductura ſit, in comparanda alia ancillula ſedulò ſibi caveat; nam ſi iſta mihi diſpliceat, tunc ego viciſſim jure meo utar. Cajus

ero,

ero, ubi illa hactenus & Cajus fuit & Caja. Si Viros Eruditos ſequaris, qui hæc acceperunt & emendarunt aliter, ſenſus flacceſcit, nec ulla eſt in his venuſtas, turpis autem & fœtida repetitio. Et hæc quidem nos feſtinantes & abſque libris vetuſtis, quæ ſi Auctori Anonymo non diſpliceant, bene eſt; ſin minùs, id meâ parum refert. Sequens fragmen ne udo digito adtingam, quia dum currimus, nihil excogitare queo, quòd conjecturis *Grotianis* probabilius ſit & acutius. Interim iſta, οὐκ εἴρηκα σοι τοῦτ' οὐχὶ, nullus ego dubito, quin accuratiùs diſtinxerit Eruditiſſimus *Clericus*. Tertia & ultima χρῆσις *Menandri* à *Gellio* allata præcedentibus longè eſt facilior, ubi meliora ſuggerit *Stobæus* & ſcripturæ menda, quæ à ſermonis Græci imperitis in Auctore Latino facilè potuerunt committi, opportunè corrigit Scriptor è Græcia. In verſu tamen ſecundo & mihi perplacet παιδοποιεῖσθ', quod Editio Veneta & Geſneri prima ita exhibent. Verſu autem quarto, longè elegantiùs *Stobæus* εἰς τὰ λοιπὰ τοῦ βίου, quàm *Gellius* εἰς τὰ κοινὰ, quòd nulla de cauſa adripuit *Grotius* ὁ πάνυ, &, ut mihi videtur, ſatis improvidè; nam ſi iſta locutio ἀτυχήσας εἰς τὰ κοινὰ τοῦ βίου non ſit barbara & dimidiata, ut haud dubiè videbitur Auctori Anonymo, qui *Clerici* εἰς πάντα δουλεύειν barbarum vocat: non eſt ſanè ita elegans & adpoſita, ut alteram loco deturbare queat, quem jure optimo tenet. Scribas igitur,

> Μήτ' ἂν ἀτυχήσας, εἰς τὰ λοιπὰ τοῦ βίου
> Ἐπαμφιέσθαι τοῦτο δύναιτο χρήμασιν.
>
> *Neque ſi infelix ſit, in reliquum vitæ tempus, quod matrimonium ſequitur,*
> *Id bonis & facultatibus ſuis tegere poſſit.*

Reliqua plana ſunt & perſpicua.

ΠΡΟΕΓΚΑΛΩΝ. *Pag.* 158.

Num. 3. Οἷον τὸ γνῶναι πατέρα παίδων; ἡ φόβος,
Λύπη καὶ φροντὶς, &c.

Rectè quidem Auctor Anonymus,

> Οἷον τὸ γνῶναι πατέρα παίδων ἦν κακόν;
> Λύπη, φόβος, φροντὶς, πέρας ἐστὶν οὐδέν.

Nos

Noſ tamen rectiùs, opinor, & acutiùs,

> Οἷον τὸ γίνεσθαι πατέρα παίδων; μὰ τὴν
> Λύπη, φόβος, φροντὶς, πέρας ἐστὶν οὐδέν.

Nam in Auctoris Anonymi conjectura id mihi diſplicet, quòd, ubi præceſſit ἦν καλὸν, mox ſequatur in ipſa redditione ſententiæ ἐστὶν πέρας, quod tempus reſpicit præſens, cùm alterum iſtud præteritum, quod habemus à tergo. Nos proinde multò rotundiùs. Dein audax eſt integram vocem infarcire, cujus abſentiam ne divinando poſſumus adſequi; longè tolerabilius ea correctione uti, quæ rationis fulciri poteſt tibicine; talis autem eſt hæc noſtra. Scilicet, cùm hîc ſcriptum eſſet propudiosè μάτην, ſimiliter ut apud *Heſychium*, ſciolus aliquis, qui vocem iſtam videbat è diametro pugnare cum ipſa ſententia, de verſu & metro ſtaret an caderet, parum ſollicitus, omiſſo ματ exaravit illico παίδων ἦν: quod longè probabilius eſt, nonne? Pro γενέσθαι autem reſcripſimus γίνεσθαι, in gratiam verſûs.

Π Ω Λ Ο Υ Μ Ε Ν Ο Σ. *Pag.* 160.

Num. 1. Οὐ πανταχῆ τὸ φρόνιμον ἁρμόττει παρὸν,
Ἔνια δὲ δεῖ συμβῆναι.

Verum eſt, ſi Callias in loco ſimili, cujus meminit *Clemens*, per μανίαν intellexerit iſtum furorem, qui vulgò opponitur τῇ σωφροσύνῃ, *temperantiæ*, quique in *Anacreontis* Lyrici Odis utrámque paginam facit; haud dubiè in hoc loco *Menandri*, ut ratio ſimilitudinis conſtet, ſcribendum vel καὶ συμμανῆναι δ' ἔνια δεῖ, ut Auctor Anonymus conjicit, vel quod mihi, dum hæc ſcribo, forte fortunâ incidit, καὶ συγκυβηβᾷν δ' ἔνια δεῖ, verbum non minùs elegans & adpoſitum, quam τὸ συμμανῆναι, ubi ejuſdem commatis eſt τὸ συγκορυβαντιᾷν, quod omnes novimus. At vereor, vereor, ne alia ſit mens Calliæ, ne longè diverſa reſpiciat, non jocoſa & proterva, ſed gravia, ſed Philoſophorum ſcita. Scilicet, μαίνεσθαι non tantùm eſt *inſanire*, ſed & *deſipere*, quod aliàs παραφρονεῖν; οἱ μαινόμενοι non *inſanientes* modò, ſed & παραφρονοῦντες, qui vitam agunt ſecuram & prudentiæ regulas non magis aut curant, aut in-

 tel-

telligunt, quàm pueri vagientes circa cunas, qui à caſu propterea & fortuna pendent, nihilque intelligentes in rebus ſeriis inter homines ſunt vera *αὐτόματα*, dum variè moventur, pro inſtabilis fortunæ arbitrio & nutu: in eo ſanè infelices, quòd rationis conſilio & auxilio careant, ſed feliciſſimi contrà, quòd fortunam vulgò ſibi magis faventem habeant, quàm verè ſapientes, quorum actiones ſingulæ ad prudentiæ normam quàm accuratiſſimè diriguntur. Multa hac de re ſummi Philoſophi, multa *Menander* in ſuis Comœdiis, quæ convaſare non eſt opus. Tu videas elegantiſſimum illud fragmen *p.* 180. & aliud non diverſum *pag.* 100. ubi prudentiorum conſilia ridet & cæcum fortunæ arbitrium his regulis minimè alligatum probat. Nihil notius, nihil vulgatius, ut ferè in proverbium abierit, homines quò ſtultiores, eò feliciores eſſe. Et quid ſi igitur iſta Calliæ ita accipienda ſint, *cum deſipientibus & ſtultis, ut aiunt, oportet nunc, ut ſimiliter ſimus deſipientes ac ſtulti*; ita eventurum, ut neglectis ſcrupuloſis iſtis prudentiæ regulis, quæ nos quotidie angunt, feliciores evadamus cum deſipientibus, dum noſmetipſos ſecurè arbitrio fortunæ committimus non aliter, ac illi? Quid exputas, mi Lector? ſic ſanè opportunè & *παραδόξως* *Menander*, *οὐ πανταχῇ τὸ φρόνιμον ἁρμόττει παρὸν*, quæ eodem, mehercle! pertinent & prudentiæ abſentiam in rebus agendis ſæpe neceſſariam eſſe demonſtrant; inprimis ubi mox ſequitur *καὶ συμμαίνεσθαι δ' ἔνια δεῖ*, quo clariùs & confirmatiùs idipſum dicitur. Dicam liberè, parum abeſt, quin hoc verum eſſe contendam firmiter & dato præde. Nam ut hoc ſcias quoque, verſiculum primum *Menandri*, ipſe *Stobæus* profert, titulo Florilegii tertio, qui *περὶ φρονήσεως* inſcribitur & ubi *τὸ φρόνιμον* non laudatur ut virtus oppoſita *temperantiæ*, ſed *ſtultitiæ* & *conſilii inopiæ*, *τῇ ἀφροσύνῃ*, quæ tituli ſequentis eſt materies; argumento, ut mihi videtur, plus quàm evidenti *τὸ φρόνιμον* in hoc loco *Menandri* ſimiliter accipiendum eſſe, ipſámque Calliæ *χρῆσιν*, quæ ſimilis eſt *Menandreæ*, non loqui de iſtis inſanientibus, qui vino & proterviâ perciti ululant, ſed deſipientibus, qui *τοῖς φρονίμοις* opponuntur & ratione quodammodo carent. Attendas, quæſo! nam hîc judicio opus eſt, non metri peritia, quam Auctor Anonymus inprimis callet. Sic autem ne littera hîc mutanda, ſic Auctor Anonymus riſum debet, qui multùm agendo nihil egit. Sed, inquies, quid? Ain' tu ne litteram mutandam? Ecquid igitur verſui fiet, cujus interne-

cio-

cionem minantur illa καὶ συμβλῶναι δ' ἔνια δεῖ? Nonne *Grotii* conjecturam, quâ metrum præſtitit ſalvum, ambabus ulnis amplecteris quam tenerrimè? Non, non, ita ſim felix! res omnis expedita. Scilicet, *Clemens* non unam citat *Menandri* χρῆσιν, ſed duas ex eadem Comœdia. Prior illa verſiculus eſt integer, altera pars verſiculi; particula copulans eſt ab ipſo *Clemente*, qui verba non longè à ſe invicem remota opportunè conjunxit, ubi ad rem ſuam adtinebant; fors enim ex eodem loco petita ſunt & puſilla tantùm interjectio, quæ frequentiſſima eſt in Comœdia & ipſa ratione vivendi, quam Comœdia exprimit, iſta ſeparabat ab eadem ceteroqui pronunciata perſona. Noſtine aliquid probabilius? Imò ut ita ſentiam, facit iterum *Stobæus*, qui verſiculum primum, non alterius habet laciniam; nam, quæſo! ſi hæc ita continuatâ ſerie ſibi fuiſſent juncta, nonne eorum vel inprimis meminiſſet, ut ſententiam traderet integram, non decurtatam? Sic ſentias puto, ubi ipſum præterea metrum eò nos manu quaſi ducat.

Ρ Α Π Ι Ζ Ο Μ Ε Ν Η. *Pag.* 160.

Num. 1. Ὁ μὴ δεχόμενος τὰ θεῶν τὸ σύμφορον
Αὐτῷ διδόντων, &c.

Hæc ex *Stobæo* deſumta ita interpolavit *Grotius* ὁ πάνυ; nam locus illic longè aliter ſe habet, & quidem ita,

> Ὁ μὴ δεχόμενος τὰ θεῶν τὸ σύμφορον,
> Αὐτῷ διδόντων ἕνεκα τοῦ ζῆν, οὐ βούλεται,
> Τὸ δ' ἀτυχεῖν, ἢ τὸ μὴ θεὸς δίδωσιν
> Οὐ τρόπου δ' ἐσθ' ἁμάρτημα.

Quæ, ut vides, multùm à *Grotianis* diſtant. Et ſanè Vir Egregius in his emaculandis nimiùm ſibimet ipſi indulſit: quid tamen præcisè reponendum ſit, quod ad ſcripturam vulgatam propiùs accedat, & ſenſum efficiat probum nec *Menandro*, quod caput eſt, indignum, dum properamus, ſcire non licet, aut definire certò. Aliis proinde hunc locum commendo, ut quod nobis, propter temporis anguſtias, non licet, id illi, ubi otio magis abundant, commodè ac gnaviter præſtent. Palma eſt in medio poſita. Sed verbum, verbum, antequàm vos dimitto; dum hæc ſcribimus & verba paullò accuratiùs ſemel adhuc inſpicimus,

mus, ecce vel vera, vel veroſimillima hæc in mentem ſubiit emendatio,

> Ὁ μὴ δεχόμενος τῶν θεῶν τὸ σύμφορον,
> Αὐτῶν διδόντων ἕνεκα, ζῆν οὐ βούλεται,
> Ἦ τοι δ' ἀτυχεῖν, ὅ γ' εἰ δίδωσι μὴ θεὸς,
> Θεοῦ, οὐ τρόπου τόδ' ἐσθ' ἁμάρτημα. —
> *Qui à Diis non accipit quod prodeſt,*
> *Propterea quòd datores hîc ſunt ipſi Dii, ſuaviter non vult vivere,*
> *Sed profectò vivere infeliciter, quod ſi Deus non dederit illi,*
> *Dei culpa eſt, non morum ejus.*

Quæ iſtis *Grotianis* non ſunt ſanè deteriora. Titulus *Stobæi* inſcribitur περὶ τῶν ἐφ' ἡμῖν, quò pertinet, mehercle! dictum verè elegans in eos, qui vanâ ſapientiæ gloriâ ducti & nimiùm ſibi fidentes protervè aſpernantur quicquid inopinatò obvenit & caſu fortuito ſeu Deorum, ut nunc loquitur, largâ & beneficâ manu, nihil autem reverâ expetunt, niſi quorum auctores ſunt ipſi; ac ſi, nempe, omnia ſint ἐφ' ἡμῖν, & quicquid extra poteſtatem noſtram ſit & abſque facto humano ſaltem contingat, homine ſit indignum. De his rectè adfirmat elegantiſſimus *Menander*, quòd ſi infelices non evadant, culpa iſtius rei ſit penès ipſos Deos; nam quantùm ad miſeros illos adtinet, mores eorum ita ſunt comparati, ut voluntariè infelices eſſe velint, dum bona fortuita ita ſuperbè repudiant. Quid quæris? Senſus eſt optimus, ipſa emendandi ratio ita facilis ac perſpicua, ut nihil ſuprà. In verſu 1. præpoſitionis eſt Ellipſis, quare poſt σύμφορον collocavimus Comma, & ita ipſa *Canteri* Editio. In verſu 2. pro αὐτῷ ſcripſimus αὐτῶν, τῶν ejecimus, quod additum eſt ab illis, qui ἕνεκα ζῆν copulabant perperam, cùm αὐτῶν διδόντων ἕνεκα amicè cohæreant. Ζῆν idem eſt hoc loco, quod Latinorum *vivere: vivamus mea Lesbia*, inquit ille. *Suidam* adeas in v. Ἀποζῆν, ut ne alios nunc citem. Verſum 3. levi brachio reſtituimus & verè. In verſu 4. revocavimus vocem θεοῦ, quam vel præcedens θεὸς, vel ſequens οὐ, aut, ſi ita mavis, utrumque ſimul deglutierat inhumanè. Quid notius, rogo, aut tritius? A vocalium vero hiatu hîc nullus eſt metus, ne minimus; nam id factum ut ultima in θεοῦ oportunè corripi poſſet; quamvis legere etiam queas, ſi id tibi diſpliceat, quod

ta-

tamen non equidem ſpero, θεῦ γ'. Nam ſic θεῦ in ſcanſione fit monoſyllabon, συνιζήσεως interventu. At prius illud veriſſimum.

Num. 3. — A. Τέμον θυγάτριον
Πάνυ γὰρ &c.

Non malè Cl. *Clericus* vocem σφόδρα, à verbis præcedentibus perſonâ interpoſitâ ſeparat; nam in adſenſionibus frequens eſt iſta vocula. Eodem modo Eruditiſſimus *Dalecampius* ferè diſtinxerat aliud *Menandri* fragmen, quod in hac collectione *Clerici* occurrit *pag.* 72. Attamen meliùs Auctor Anonymus hæc continuatâ ſerie exhibet, & collocutoris nomen à *Clemente* omiſſum fuiſſe cenſet. Ei adſentior hactenus. Sed quid opus, ut poſt τέυμόν θυγάτριον diſtinguamus τελέως? Nonne hæc & quæ ſequuntur, copulari poſſunt? Imò iſtam diſtinctionem, ut inutilem, ſibi habeat homo.

Num. 7. — — οὐχ
Ὁρᾶτε τὴν τροφὸν ζῶμ' ἐνδεδυμένην;

Ita hæc apud *Pollucem* exſtant, nec metrum redintegrarunt Eruditiſſimi Interpretes: tu verba poſthac ita ordines,

— Οὐχ ὁρᾶτε τὴν τροφὸν
Ζῶμ' ἐνδεδυμένην; —

Σ Α Μ Ι Α. *Pag.* 162.

Num. 1. — — Φέρε
Τὴν λιβανωτὸν· σὺ δ' ἐπιθὲς τὸ πῦρ τρύφη.

Sine dubio, pro τρυφῆ, ut *Phrynichus* habet, legendum eſt Τρυφὴ, nomen ancillulæ, quam compellat alter: Et id mihi jamdudum adnotaveram.

Σ Ι Κ Υ Ω Ν Ι Ο Σ. *Pag.* 164.

Num. 2. Ὁ πλέων κατήχθη; πολέμιος κρίνεται.
Ἐὰν ἔχῃ τι μαλακὸν, ἀγγαρεύεται.

Verſus prior ita conſtituendus eſt, ut Auctor Anonymus

mo-

monet, poſterior tibicine indiget, ut ne labaſcat, & id quoque animadvertit ille; ipſa verba interpretatus eſt infeliciſſimè. Nam, quæſo! dicas, ô bone, hæc tua expoſitio, *ſi quid autem ſupellectilis habeat, ea à publicanis detinetur*, an convenit cum ipſa expoſitione *Suidæ*, qui locum *Menandri* adducit ut explicet, adeóque hîc audiendus eſt ſolus? Sic habet ille : Καὶ ἀγγαρεύεσθαι καλῦσιν ὥσπερ ἡμεῖς νῦν, τὸ εἰς φορτηγίαν καὶ τοιαύτην τινὰ ὑπηρεσίαν ἄγεσθαι. Μένανδρος καὶ τῦτο ἐν τῷ Σικυωνίῳ παρίστησιν. Ὁ πλέων &c. Id eſt, *Caſtero* tuo Interprete, *Et* ἀγγαρεύεσθαι *vocant ad onerum geſtationem vel ſimile miniſterium cogi. Qua ſignificatione & nos hac voce utimur. Docet hoc Menander Sicyonio.* Quæ ſi intelligas, nonne erubeſcere debes, quòd, Grammatico illo relicto, nunc cum turpiſſimo tuo ganeone *Heſychio* in publicum procedas, ut omnium ſibilis pulchrè excipiaris? Sed reſipiſcas rogo, & hæc ita interpreteris poſthac, ni & bonum conſilium & omnia ſpernas, quod genius tuus placidiſſimus avertat! ita, inquam, *navigans in portum defertur? Hoſtis judicatur ſtatim*, & metuenda eſt bonorum direptio, *mox vero ſi habeat aliquid, quod muneris loco* publicanis & portitoribus *offerat, jubetur ſarcinas ſuas colligere, eáſque avehere domum.* Sic *Suidæ* morem gerimus & dicto ſumus audientes. Nam ipſa ſignificatio primitiva τοῦ ἀγγαρεύεσθαι nunc leviter modò inflectitur, ut omnes & ſinguli vident. Quamquam hæc ita, mehercle! diſtinguere forſitan præſtat,

Ἐὰν δ᾽ ἔχῃ τι, μαλακὸν ἀγγαρεύεται.

Nam ſic meliùs etiamnum ſententia procedit, ſi iſta, inquam, jungas, μαλακὸν ἀγγαρεύεται, id eſt, *jubetur comiter bajulare ſarcinas eáſque avehere*; μαλακὸν eſt μαλακῶς, quin & rectiùs fortè, quod mihi jam nunc incidit, pro ἐὰν δ᾽ ἔχῃ legeretur ἐὰν δέχῃ, *ſi accipias aliquid*, ut cum ipſo portitore ſit ſermo. Sed de his judicent Eruditi.

ΣΤΡΑΤΙΩΤΑΙ. *Pag.* 166.

Num. 2. Τὰ σκώμμαθ᾽ οἷα τὰ σοφά τε καὶ στρατηγικά.
Ejus dicteria quàm acuta & militaria!

Dubito, an non legendum ſit,

Τὰ σκώμμαθ᾽ οἷα τ᾽ ἄσοφα τε καὶ στρατηγικά.
Ejus dicteria, quàm ruſtica ſunt & φορτικά!

Sic

Sic longè venuſtius eſt quod ſequitur, οἷος δ' ἀλαζὼν ἐστιν ὁ ἀλιτήριος. Elegantiores arbitrentur, quid rei ſit, & ipſum *Plutarchum* inſpiciant rogo.

ΣΥΝΕΡΙΘΟΙ. *Pag.* 170.

Num. 1. — ὅτι ἀγαθὸν γάμον
Καὶ μόνος ὁ θεὸς &c.

Hæc non ſunt verba *Menandri*, ut partim monuit Erudiſſimus *Clericus*, ſed ipſius Scholiaſtæ, qui iſta de Heroum φύσει ex Antiquo quodam Auctore excerpſerat, ut non obſcurè colligo ex particula ὅτι, quæ his præfixa eſt & vulgò ταῖς ἐκλογαῖς præfigi ſolet. Plus dicam: qui hæc notat, diverſus haud dubiè eſt ab eo, qui verba præcedentia excluſit. Nam illius notula definit poſt factam *Menandri* mentionem, à vocula ὅτι alius incipit loqui: ſic millies, ut Eruditiores ſciunt, Commentatorum Scholia temerè conglutinata ſunt à primis etiam eorum compilatoribus. Ipſa verba corrupta & malè habita ita reſtituo: Ὅτι ἀγαθὸν καὶ μόνος ὁ θεὸς δίδωσιν, οὐδ' ἥρωές τι εἰς τοῦτο δύνανται, ἀλλ' ἀποπλήκτους μὲν ποιεῖν δύνανται, τὸ δὲ ὠφελὲς οὐ κέκτηνται. Illud καὶ μόνος debemus Cl. *Clerico*, qui τὸ χειμῶνος perbene ita emendabat; γάμον induximus vocem nihili, quæ ſi unde enata ſit, quæras, dicam uno verbo: Amanuenſis, qui hæc deſcripſit, in Antiquo Codice nimiùm feſtinans pro ἀγαθὸν pinxerat ἀγαμὸν, quod cùm inducere nollet, more ſollemni vitium correxit in hunc modum, ἀγαμὸν γαθὸν; atque hæc ſciolus aliquis poſtea mutavit in ἀγαθὸν γάμον, ut ita ſenſui proſpiceret, Di boni! Nihil tritius in antiquis chartis. Exemplum habuimus ſuprà, in αὐλὰν λίαν, iſtud in memoriam tibi revoces, alia congerere in ſcripto extemporali non licet. Auctorem Anonymum, qui hæc aliter corrigere tentat, non magis exaudio, quam nutricem lallantem.

ΣΥΝΕΡΩΣΗ. *Pag.* 172.

Num. 2. Ἄφες τὸν ἄνθρωπον, τί κόπτεις, ὦ μέλεε.

Ita *Suidas* pro ὦ μέλε, quod Cl. *Clericus* retinuit abſque ulla, mehercle! ſocordia; nam illud μέλεε in ſcanſione per Synizeſin in duas ſyllabas contrahi poteſt, ut vel pueri norunt. Sed ea de re cum quoquam digladiari nolim, reverâ nullius eſt momenti, quæ Auctori tamen Anonymo, quis credat? dicteria iterum extorſit & verba infauſta. Illéne Hercules ἀλεξίκακος, qui monſtra & naturæ prodigia debellat? Imò φθεῖρας credo & ψύλλας, qui hominem Socraticum augunt, cum ſcamno ſuo affixus λόγον δίκαιον καὶ ἄδικον tractat. Noſti *Ariſtophanicum* iſtud.

ΤΡΟΦΩΝΙΟΣ. *Pag.* 174.

Num. 3. Ξένε τὸ δεῖπνόν ἐστιν &c.

In longa illa ex *Athenæo* ῥήσει & mihi paucula notanda reſtant, ni fallor, haud illepida. Verſu quarto non malè Auctor Anonymus,

Ἐν περιφάτοισιν ἰχθυδίοις τεθερμμένα,

ἰχθυδίον enim ſecundam reverâ corripit. Sed hæc levicula. Verſu 5. de totius Linguæ Græcæ agitur ſumma; nam *illud* ἀλμίοις, inquit Auctor Anonymus, ne *Græcum*, ſed barbarum, ſed Geticum. Spectate, ſpectate viri perſpicaciſſimi ſolertiam; gratias agamus huic eruditionis monſtro pro mirificiſſima planè adnotatiuncula; unde jam nunc haurire licet, quæ hactenus ignorarunt Eruditiſſimi. Litterarum tranſpoſitio, ô boni, ô miſelli, quam Antiqui Grammatici μετάθεσιν vocant, de qua in hunc uſque diem cum ſomniculoſo Endymione ſomniaſtis altè, quam venerabiles Reipublicæ Litterariæ Patres decreto ſolemni toties confirmarunt, Empuſa eſt, Hippocampus in aëre; *Callimachi* ἀμιθρῆσαι, *Suidæ* ἀβελκίστερον, aliorum κραδία, ἴσσυμαι, κάρτος, βάρδιστος, ἔκπλαγος, ἔπραθον, & ſexcenta id genus alia, quæ ſpiſſiùs occurrunt, non ſunt Græca, ſed barbara quoque & in deſertis Libycis enata: expianda ſunt hæc portenta, unà cum voce ἀλμίοις. Quid vobis videtur, Patres Conſcripti, de his bellulis? Imò plaudite, plaudite, ego interim ridebo, ſed parcè, ſed modicè; ne medius diſrumpar, ubi riſum mihi incutiunt profundiſſimum ea, quæ mox ad verſ. 8. 9 & 10. notat Criticus ille inſignis.

gnis. *Nos levi Operâ*, ait ſenatûs litterarii princeps, arrigite aures Pamphili, *rejectis tantummodo illis*, ΕΙ ΔΕ ΤΙΣ ΕΡΧΕΤΑΙ, *quæ & ſupervacua planè ſunt & verſum ſententiámque fruſtra onerant*, *ſic locum ſanum exhibemus!*

Μᾶλλον προσεδέξατ'. Ἀρκαδικὸς τοὐναντίον
Ἀθάλαττος ἐν τοῖς λοπαδίοις ἁλίσκεται.

Scilicet, quatuor voces integras è textu ejicere, ut mercem malam, hoc eſt, *levi operâ*, ſi hunc *Phileleutherum* conſulas, locum corruptum emendare. Utinam, utinam tacuiſſes! mi homo, nam tu ita lepidus es ac comis, ut cum tuis gratiis me miſerum ferè diſperdas. Sed ſeriò, ſeriò. Inter ipſos riſus hoc mihi incidit, quod non rogo, ſed edico, ut poſthac vel tute adſciſcas, vel locum relinquas intactum,

Μᾶλλον προσεδέξατ'· εἰ δέ τις παρέρχεται
Ἀρκαδικὸς ἂν τοὐναντίον ἁλίσκεται
Ἀθάλαττος ἐν τοῖς λοπαδίοις. —
Ἰωνικὸς πλούταξ ὑποστάσεις ποθεῖ,

Sic *levi operâ* nos verè adfirmare poſſumus hunc locum perſanaſſe; nam illud ἁλίσκεται, ô bone, ab Amanuenſi luſcitioſo quàm facilè in deſcribendo potuit transferri ab ora unius verſiculi ad oram alterius, ubi ſimilis depravationis exempla non deſunt, & quod præcipuè notandum, iſta vox & hunc & illum verſiculum finire poteſt; nam, quod tu fortè ignoras, ego unà cum Eruditioribus ſcio, ultima in τοὐναντίον producitur, propter ſpiritum aſperum in voce ἁλίσκεται, & vim cæſuræ. Et quid igitur proclivius, quid facilius? Cetera non indigent monitore, in loco autem vacuo deeſt puſilla quædam interjectio, quæ ab adſtante quodam, vel ipſo hero prolata fuit, ab *Athenæo* autem omiſſa, quia ſententiam interſecabat & ad rem ſuam nihil adtinebat. Id ſæpiùs factum, tu ipſe noſti.

ΥΔΡΙΑ. *Pag.* 178.

Num. 4. — Παρουσίαν, καὶ μήποτε
Ἡ περὶ πρόθεσις παρέλκει. —

Hæc verba ex *Heſychio* deſumta *Menandro* tribuit *Meurſius*,

an

an ſint *Menandri*, dubitat *Clericus*; rectè omnino ac providè, ut omnes, qui juſtitiam colunt, haud dubiè fatebuntur mecum: ſed vide, quid impudentia poſſit, ubi ſemel monſtrum illud nefandum vires pernicioſiſſimas ſumſit: quia *Clericus* dubitat tantùm an ſint *Menandri*, non verbis conceptis & ſeſquipedalibus hæc *Menandro* abjudicat, Auctor Anonymus, ſycophantarum primipilus, omiſſo *Meurſio*, quem ipſe *Clericus* modeſtè reprehendit, omnem bilem in hunc hominem evomit & ſcriptum vipereum notulâ exornat; cujus ſimile, ſi improbitatem, ſi mendacia ſpectes, nulla hominum vidit ætas. Ad corvos, ad corvos, Timon, cum tua maledicentia! Loca Bellerophontea poſthac inhabites, ubi nec homines ſunt, nec litterarum exauditur nomen: indignus es elegantiorum conſortio, indignus es, qui litteras humaniores vel à limine ſalutes, cùm ab omni humanitate ſis longè alieniſſimus.

Num. 5. Εὐθὺς καλαχερήσασθαι τὸν ἀνορωρυγμένον,
Ταύτην ἰδόντα.

Rectè, inquit Auctor Anonymus, *Vir Cl. quod apud Suidam legebatur* καχερήσασθαι *mutavit in* καλαχερήσασθαι. Mirum! mirum! Sed vide, ô lepidum caput, quàm diſſimili nos nati ſumus ingenio, quod tu probas, dictum ſit bona cum venia Cl. *Clerici*, ego non probo. Καχερήσασθαι verbum eſt commatis genuini, quod Comico Noſtro adſcribere nullus ego dubito. Καλακαχερύσαι *Suidæ* ῥῆξαι, ψοφῆσαι, idem illud, ſimplex καχερύσαι, ductâ metaphorâ ab hordeo, quod igne torretur & ſic *ſtrepit* ac *crepitat*, ἀπὸ τῶν φρυγομένων κριθῶν, ut notat ipſe *Suidas*, cui *Heſychium* adde, ſi lubet. Quare ego hæc ita verto,

Statim ſibilum edidiſſe effoſſum illum,
Cùm hanc conſpiceret.

Sermo eſt, auguror, de homine, qui adhuc vivens pro mortuo ſepultus erat; ille cùm, forte fortunâ, iterum opportunè effoderetur, in lucem prodiens & vel uxorem ſuam conſpiciens vel amaſiam, ut fieri adſolet in ſumma ſæpe lætititia vel ſummo dolore, linguæ articulatæ non habebat uſum, ſed murmur proferebat inconditum, edebat ſibilum, quem præficæ longè meliùs intellexiſſent, quàm alius quiſpiam; quid oportunius? Καχρύω vel καχρύομαι vulgò ψοφέω, pro eo *Menander* καχρέομαι neglecto ὑψίλῳ, cujus ceteroquin habenda erat ratio, quia à κάχρυς deduci-

citur. Et hæc irregularis eſt inflexio, cujus exempla longè plurima. Sic à γλυκὺς fit γλυκαίνω & γλυκάζω, ab ἀμβλὺς, ἀμβλύνω & ἀμβλόω, ἀμβλύσκω, ἀμβλώσκω & ἀμβλίσκω, aliáve id genus plura, quæ nunc adducere temporis anguſtiæ me prohibent. Eruditiores ſciunt & in ſuis loculis, quos, quæſo, excutiant, ea reperient, quæ huic rei inſerviant bene multa. Inprimis autem notanda ſunt verba *Suidæ* in v. Ἀναβλυστωνῆσαι, ut ea nunc breviter tantùm commemorem; Ἀναβλυστωνῆσαι, τὸ ἀναβλῦσαι. Εὔπολις Δήμοις. πάντα τὰ τοιαῦτα οἱ Κωμικοὶ ποιοῦσι παρόντες. Καὶ Ἀναβλαστωνῆσαι, ἀναβλαστῆσαι. Nam ex eo apparet Comicorum, in his ſimilibúſve, præcipuam fuiſſe licentiam. Pro ἀναβλυστωνῆσαι, ἀναβλαστῆσαι, nunc habes ἀναβλαστωνῆσαι, alterum iſtud, quod vulgò proſtat, putidiſſimum eſt ; ut pro ἀναβλῦσαι dicebant ἀναβλυστωνῆσαι, ſic pro ἀναβλαστῆσαι, ἀναβλαστωνῆσαι. Nihil indubitatius. Sed hoc in tranſitu. De voce παρόντες nunc ne γρῦ. *Pearſonii* interim conjecturam, hoc ſcias, non probo. Pro καχρύομαι itaque *Menander* καχρέομαι, idque omnino providè, quia ſecunda in κάχρυσασθαι, ſimiliter ut ultima in κάχρυς, ſi bene memini, corripitur adeóque metro non poterat ſervire. Ita ſentio, an rectè, Eruditiores videant, non tamen *Phileleutherus*, quem ego, mehercle! non moror. Grunniat, per me licet.

ΥΠΟΒΟΛΙΜΑΙΟΣ. *Pag.* 180.

Num. 1. Παύσασθε νοῦν ἔχοντες· οὐδὲν γὰρ πλέον
Ἀνθρώπινος νοῦς ἐστιν,

Cave quid mutes. Pro ἔχοντες Auctor Anonymus, nulla alia de cauſa, ſubſtituit αὐχοῦντες, quàm quia illud αὐχεῖν ſuaviculo eſt in deliciis. Scis quid velim.

Num. 2. Ἀλλ' ἔστι καὶ ταὐτόματον ἐνίοτε χρήσιμον.

In hoc Senario, ait Anonymus ille, *ſyllaba una redundat; etſi & apud Stobæum ſic feratur. Corrige*,

Ἀλλ' ἔστι καὶ ταὐτόματον ἔσθ' ὅτε χρήσιμον.

Euge! Euge! ſed tu tibi habeas, ô naſute, illud ἔστι ἔσθ' quod ſonum efficit duriuſculum ; verſus nihilominùs optimè ſe habebit, & longè quidem numeroſiùs, quàm ſi paria faciamus tecum. Ubi eſt illa metri peritia, quam

ubi-

ubique jactitas? Plus dicam, cur *pag. 56. Clerico* ſuccenſes, quod verſiculum iſtum.

Ἐξ ἱςορίυ γὰρ ἐκρέματο φιλοπόνως πάνυ.

Ejectâ γὰρ contraxerit? *O quam vellem nunc in cubiculo tuo eſſem, ut demulcerem tibi caput, ita vir comiſes & lepidus!*

Num. 7. — — Τοῦτον εὐτυχέστατον λέγω,
Ὅστις θεωρήσας ἀλύπως, &c.

Locus eſt longè elegantiſſimus, ſed à Librariis non ſatis accuratè deſcriptus, cujus ulcera quia Auctor ille Anonymus non ſanavit, ſed tetigit, videamus an nos tandem extemporali operâ noſtrâ lucem, & veritatem huic loco inſigni reſtituere poſſimus. Verſu quarto illud,

Τὸν ἥλιον τὸν κοινὸν, ἄςρ', ὕδωρ,

Quod Auctori Anonymo placuit, ita probo, ut vulgatam ſcripturam non reprobem. Κοινὸν ἀςέρα elegans eſt de ſole, nec aliud quid deſiderat metrum. Odi nimiùm diligentes. Quod ſequitur,

— Ταῦτα, κἂν ἑκατὸν ἔτη βιώσεται,
Ὄψει παρόντα, κἂν ἐνιαυτοὺς σφόδρ' ὀλίγους.

Ita vertas,

— *Hæc ſive centum vivatur annos,*
Sive annos perpaucos, in oculos eodem incurrunt modo.

Non opus eſt, ut vel litteram mutes. Βιώσεται omnes novimus, quod hîc *vivatur* reddidi, ut Latina Græcis amica forent. Ὄψει vox eſt ſubſtantiva & tertius caſus τῆς ὄψις, non verbum, ut hactenus crediderunt Interpretes Noſtri. Ὄψει παρόντα, *quæ oculis ſunt præſto.* Quid tritius? At res tantilla Criticorum Optimo Maximo hæc ſuavia extorſit,

— ταῦτ' ἔτη σε κἂν ἑκατὸν βιῶν' ἴδεις,
Ὄψει παρόντα· κἂν ἐνιαυτοὺς σφόδρ' ὀλίγους,
Σεμνότερα &c.
Hæc etiamſi annos centum te vivere oporteret,
Præſentia videbis. —

Apage, apage ineptias! conjectura eſt audacula, ipſum il-

lud

lud βιῶν' ἴδει rancidum & effetum, diſtinctio peſſima & quæ locum ejúſque gratias enecat. Longè venuſtius eſt, qvod ſequitur, nunc,

Σεμνότερον τούτων ἕτερον οὐκ ὄψει ποτέ.

Nam ſic ὄψει eadem ſignificatione non bis ingeritur & repetitâ vice. Pro ἕτερον οὐκ non malè Auctor Anonymus ἕτερ' οὐκ, ut metro laboranti ſuccurreret: poſſis etiam ἕτερον γ' οὐκ. Sed hæc levicula & puerorum nuces. Verſus 8 & 9. ſic feruntur, apud *Stobæum*,

Πανήγυριν νόμισόν τιν' εἶναι τὸν χρόνον
Ὃν φημὶ τοῦτον ἐπιδημίαν ἀνθρώπῳ.

Ubi *Grotius* ὁ θαυμάσιος non ita laſcivè corrigit κἀπιδημίαν βροτῶν. Nam ἀνθρώπῳ vox ſimilis à Librario ad verba dictantis parum adtento facilè potuit ſupponi, vel ἂν ex ἐπιδημίαν, malè repetitum & pejus adhuc cum βροτῷ copulatum, erroris præbuiſſe materiam, ubi ſciolus aliquis ἀνβρότων, quod ne Græcum, in ἀνθρώπων mutare poterat, primo oculorum conjectu, & ſic litteris morem gerere. Quid, quæſo! naturalius? Imò in hac conjectura nihil eſt, quod Criticorum aures offendat: quia tamen Auctor Anonymus obſervat Amanuenſes pro ἀνθρώπῳ compendioſè olim ſcripſiſſe ἄνω, & id nobis quoque uſu compertum eſt, reverâ nunc magis adblanditur illud ἄνω, eâ tamen conditione, ut hæc ita ſcribas, diſtinguas,

Πανήγυριν νόμισόν τιν' εἶναι τὸν χρόνον,
Ὃν φημὶ, τοῦτον κἀπιδημίαν ἄνω.
Hoc tempus, quod dico, hanc vitam,
Puta publicum quoddam eſſe feſtum, mercatum.

Sic verſus ſequens, ſi poſt ἄνω, inquam, diſtinguas τελείως, nulla indiget medicina: ταύτης πανηγύρεως διατριβαί ſunt ὄχλος, *moleſtiæ, lites, furta, aleæ luſus.* Oratio eſt abrupta, ut aliàs ſæpe & præſertim in his Ethicis. Pro κλέπται interim, non diffitear, ſcripſerim lubens, ut hæc germana ſint, κλέπτη. Κλέπτος, ut noſti, τὸ κλέμμα. Mox ſcribendum,

Ἂν πρῶτος ἀπέλθῃς σὺ, καταλύσεις βέλτιον,

Ut partim Auctor Anonymus: ἀπέλθῃς ne tangas, edico, quan-

quantivis pretii eſt, ſi modò verba ſequentia ita conſtituas, ex certiſſima emendatione noſtra,

Ἐφόδι' ἔχων τἀληθὲς, ἐχθρὸς οὐδενὶ,

Quo nihil ſuavius, mehercle! aut elegantius. Τἀληθὲς, τὴν ἀλήθειαν, non quod miſeri exputant mortales, qui vitam longiſſimam, quæ reverâ malorum eſt ſentina, ita ardenter cupiunt ψιλῶς. Quàm elegans nunc, quàm appoſitum, quod ſubjicit, ſed ita leviter à nobis interpolatum?

Ὁ προσδιατρίβων γε κοπάσας ἀπώλεσε.
Quod qui diutiùs moratur, amiſit fatiſcens.

Imò nihil venuſtius excogitari queat. Qui citiùs ex hac vita demigrat, divertit meliùs, ἐφόδι' ἔχων τἀληθὲς & ἐχθρὸς οὐδενὶ, quòd τἀληθὲς, nempe, quòd inviſum eſſe nemini, amittat ille, qui hîc diutiùs moratur. Pro κοπιάσας in gratiam versûs κοπάσας repono, quod adhuc magis eſt Emphaticum. Κοπιάω, *fatiſco*, κοπάζω, *ceſſo nimio labore fractus, animum præ labore nimio planè remiſſum habeo*, quo ſenſu hîc *Menander*, elegantiſſimè alludens ad viatores laſſos & fatigatos; qui ſæpe viaticum &, quas ſecum portant, quiſquilias negligere ſolent & amittere, ubi animus à laſſitudine remiſſior præter ipſas viæ moleſtias cogitat nihil, ad alia prorſus non attendens. Et quid opportunius? Sed & κοπιάσας forſitan retineri poſſet, abſque ullo metri incommodo; nam quod nunc forte fortunâ memoria mihi ſuggerit, participia maſculina ultimam aliquando corripiunt, ut σας απω hic pro Anapæſto haberi poſſit; quin & προσδιατρίβων τε, ubi ſequitur κακῶς τε γηρῶν, legere ſit forſitan tutius, ut hæc ita cohæreant. Arbitretur ea de re peritus Lector. Sequentia ſanè, hoc vel illud eligas, nunc etiam molliùs, ut mihi videtur, fluunt.

Num. 10. — Μικρὸ Παναθήναι' ἐπεὶ
Πέμποντες οὗτοι &c.

Ineptiſſimus eſt Auctor Anonymus, qui τὸ ἐμοχίαν proſcribere auſit: verbum eſt elegantiſſimum & analogicè formatum. Μόσχος, ut omnes norunt, animal petulantiſſimum, cujus protervia ferè abiit in proverbium, etiam hodie, apud nos. Hinc ductum eleganter τὸ μοσχιᾶν, quod dicitur de illis, qui, ſi mores & indolem ſpectes, parum à vitulis diſtant, qui juveniliter ludunt & petulanter tripudiant,

diant, ut ſolent illi. Nihil venuſtius. Similiter ab ἀλώπηξ, ἀλωπικίζειν dicuntur illi, qui alios ſuſpendunt naſo & vulpes ſunt inter homines; à τράγος, τραγᾶν, qui ſunt libidinoſi & hircorum imitantur naturam, & alia id genus plura, quæ nunc non memini. Quid igitur opportunius? Ut à τράγος fit τραγᾶν, ſic à μοχίον, μοχιᾶν, verbum genuinum & quod parentes legitimos ciere poteſt. Id tamen, inquit ille, *omnibus crucem fixit.* Sed dic, amabo, quibus? Imò tibi credo & qui tibi ſimiles, ex Lexicis & Libris ſapiunt inficetis, qui τὰ δημοσία calcant & ipſam ſermonis analogiam non conſulunt, aut præ imperitia conſulere poſſunt. Eruditiſſimum *Bentlejum* ita ſentire, mi homo, cras credam, non hodie. Alia edoctus eſt Vir ille Eximius à Muſarum natu Maxima, cum qua ſecretiſſimos habet congreſſus nocturnos, haud aliter ac ſapientiſſimus ille Numa cum Nympha olim Egeria; non tamen in antris quibuſdam ſubterraneis, ubi lemures habitant, aut bubones, ſed in venerabili ſua litterarum arce, ubi tot gratiæ, quot ſunt in Hymetto apes; ſolet ille, ut omnes, qui linguam præſtantiſſimam callent, ipſam vocum novitatem ſuſpicere, & quæ nullibi occurrunt hodie, in tanto Librorum Antiquorum naufragio, præterquàm in hoc vel illo loco, ubi ſermonis Analogiæ ſatisfactum eſt, providè in numerum referre τῶν ἅπαξ λεγόμενων; ut ita lingua olim ditiſſima, ſed quæ jacturam fecit immenſam, magis ac magis iterum diteſcat. Sed, inquies, cur ἐμοχίων interpolavit ὁ Θαυμάσιος? Dicam; nam tu homo bardus es, & qui in tenebris micas. Metri neceſſitas virum longè perſpicaciſſimum, & quo nemo frugaliùs depravata correxit unquam, eóque adegit vel invitum, ut, abſque luxatione verborum violenta, locum priſtino nitori reſtitueret: quod quidem conſilium Critici inſignis omnes & ſinguli probare debent; quia tamen ſic nobis carendum foret vocis elegantiſſimæ conſortio, venerabilem ejus purpuram quàm officioſiſſimè rogo, ut in poſterum hæc ita potiùs legat ac ordinet,

Μικρὰ Παναθήναι' ἐπεὶ δι' ἀγορᾶς πέμπον, ὡς
Ἐμοχίων; μήτηρ ἑώρα τῆς κόρης
Ἐφ' ἅρματος.

Parva Panathenæa cùm per forum ducerent, quàm
Petulanter tripudiabam ego? mater puellæ vidit
In curru.

Mu-

Mutatione, ut Vir Humaniſſimus videt, leviculâ, ſenſu autem, ſi verum dicere fas ſit, longè rotundiore.

Φ Α Ν Ο Σ. *Pag.* 188.

Num. 1. — — Ὑπελήλυθε
Δὲ μου νάρκα τις ὅλον τὸ δέρμα.
— — *Subiit*
Torpedo totam cutem meam.

Ad hæc Auctor Anonymus[1]: *Quid prius hic redarguam? Quid poſterius? Lepidum ſane Poëtam, qui à particula δὲ verſum inchoet: eundem tamen noſter & uno pede claudicantem fecit. Illud verò quam ingenioſè*, torpedo piſcis ſubiit totam cutem: *cùm & Athenæus & ſententia ipſa indicat pro* torpore *hic ſive* ſtupore, *ut paſſim, accipi.* Quæ partim vera ſunt, partim falſa. Verùm eſt, quod de particula δὲ & verſu claudicante narrat, alterum iſtud falſum, dicam & ſcurrile; nam, quæſo! ubi τὸ *piſcis* in verſione *Clerici*? Nonne illic rectè, *torpedo totam cutem ſubiit*, ubi & *torpedo* dicitur & *torpor*, eáque ſunt ſynonyma? An igitur blaterans ille canis vocem ineptam non adjecit de ſuo, ut animo morem gereret? An potiùs eam repetiit ex iſta notula Viri Cl. *hæc verba adfert Athenæus, ad illuſtrandum id quod dicitur de torpedine piſce, torporem in manus eorum, qui eum capiunt, inducente?* Sic exputo. Sed quàm Sophiſticum hoc? Quam improbum? Nam iſta ſanè non reſpiciunt verba *Menandri*, ſed quæ præcedunt, *Athenæi*, καὶ αὐτη τὴν πλησιάζοντα ναρκᾶν ποιεῖ, ut certius eſt certo. Phu! an hæc ſunt indicia animi generoſi? Sed frons homini non eſt integra. Mox, addit, *ex verbis Athenæi colligo Menandrum dixiſſe νάρκα poſteriòre ſyllaba brevi: non enim Doricè & longa uſurpavit Menander: cave hoc ſuſpiceris: inde ergo compertum habeo ex lege metri hoc Athenæo innotuiſſe* &c. Quod ego neque probo, neque improbo: verum eſſe poteſt, quod notat, ut ita ſentiamus nulla tamen eſt neceſſitas, quæ nos adigat. Nam ipſa quidem verba optimè ita diſponi poſſunt,

— Ὑπελήλυθε δὲ μου vel δ' ἐμου
Νάρκα τις ὅλον τὸ δέρμα. —

Nihil autem prohibet quominùs α longa uſus ſit *Menander*,

cum

cùm iſta *Athenæi*, mehercle! ſint ambigua: illic verò per παλαιὰς, *Antiquos Comicos* intelligas, rogo.

ΦΙΛΑΔΕΛΦΟΣ. *Pag.* 190.

Num. 3. — — Ὥς' ἐγὼ
Ἀνειλόμlω πυ σαυνίῳ πεπληγμένος.
— — *Itaque ego*
Fermè moriebar, ſaunio percuſſus.

Apud *Pollucem* eſt: Ὥς' ἐγώγ' ἂν εἰλόμlω &c. quæ ita emendabat *Salmaſius*, ut *Cuhnius* teſtatur in Notis, eúmque ſecutus eſt Cl. *Clericus*, quem cùm Auctor proinde Anonymus diris iterum inſectatur, miſer ad ingenium redit. Ipſum tamen ἀνειλόμlω, fateor, non ſatis providè interpretatus eſt Vir Egregius, *Pollucis* Interpreti, ut credere par eſt, nimiùm tribuens, nam ille ſic verterat: ſed hoc quidem non eſt facinus ita vegrande, ubi ſenſus verborum tenebricoſus eſt ac difficilis, vel potiùs nullus. Ut dicam quod ſentio, verſus eſt Trochaïcus, quem debemus, vel ita accipere, ut Auctor Anonymus poſt *Cuhnium* monet, vel ſi id minùs adrideat, in hunc modum leviter interpolare,

Ὥς' ἔγωγ' ἀνειλόμlω πυ σαυνίῳ πεπληγμένον.
Adeóque è terra ſuſtuli jaculo vulneratum.

Sic ſenſus eſt abſolutior. Sed hæc quidem incerta ſunt.

ΧΑΛΚΕΙΑ. *Pag.* 190.

Num. 2. — Τῦτο δὴ τὸ νῦν ἔθος,
Ἄκρατον ἐβόων, τlὼ μεγάλlω ψυκτῆρά τις
Προὔπινεν αὐτοῖς, ἀθλίως ἀπολλύων.

Ad hæc iterum Criſpinus: *Quid hic video ?* τlὼ μεγάλlω ψυκτῆρα, magnum poculum? *Unde verò nobis* ψυκτῆρα *genere fœminino, qui toties apud Athenæum maſculino profertur? Nunquam hic effugies, Vir Cl. quin Grammaticis ſupplicium des, qui ἡ ψυκτὴρ auſus es comminiſci. Uſus reclamat, Analogia prorſus repugnat, non ita eſt, non poteſt eſſe.*

 At-

Atqui, ô bonè, verba ſic dedit Vir Egregius, ut ab omnibus Eruditis hactenus fuerunt lecta, & ſummo quoque *Caſaubono.* Et quid ſi τὴν ψυκτῆρα dixerit *Menander*, an id adeò mirum? Sic tibi videtur, ô *Phileleuthere*, non mihi, cui ex Antiquis Grammaticis ſæpiùs obſervare licuit, Scriptores optimos naturam vocis aliquando immutaſſe, idque his, illis fuiſſe domeſticum, inprimis, ſi ipſa Analogia non intercederet; quæ hîc ſanè non intercedit, quominùs ψυκτὴρ genere fœminino efferri queat. Nam quod tu olfacere non potes, quia nares tibi ſunt mucoſæ, ego ſcio, illud ψυκτὴρ, quo nunc utimur vice ſubſtantivi, reverâ adjectivi vim habere; cùm per ſe denotet *refrigeratorem*, non *vas*, non *poculum:* ipſe κρατὴρ, quia in eo pocula abluuntur & vinum refrigeratur, ſic ab uſu, cui inſervit, primò dici cœpit, mox & vinum & pocula, unde bibimus; quæ ſi rite perpendas, videbis, opinor, veriſſimum eſſe quod dico. Ecquid obſtat igitur, quominùs ψυκτὴρ, cùm τὴν κύλικα deſignat, conſtrui poſſit cum articulo molli ac fœmineo, ubi ipſa locutio ὁλόκληρος haud dubiè eſt ἡ ψυκτὴρ κύλιξ; nam ipſum illud ψυκτὴρ non modò calici & crateri tribui poteſt, ſed, ſi vocis incunabula inſpicias, omnibus illis, quæ refrigerant, unde & loca umbroſa & opaca dicuntur ψυκτῆρες. Non diffiteor; ſi ita locutus ſit *Menander*, forſitan locutus eſt accuratiùs, quàm reliqui omnes. Ad hæc id fecerit eodem jure, quo νάρκα dixerat per α ſolus & unus; idne portentoſum? Quæſo, ubi mens, ubi cerebrum, mi homo? Interim fateor, non invenuſtè verba interpungis & explicas, mehercle! non ſum ita fatuus, ut id inficiari velim. Sed hæc noto, ut diſcas non omnia, quæ ab uſu quotidiano aliquatenus recedunt, pro ſcabioſis ac fœtidis ſtatim abjicienda eſſe.

R E-

RELIQUIÆ
EX
COMOEDIIS INCERTIS.

Num. 7. Πρὸς τὰς τύχας γὰρ τὰς φρένας κεκτήμεθα. Sunt verba *Euripidis* in Hippolyto v. 701.

Num. 10. Ἀδύνατον ὡς ἐστίν τι σῶμα τῆς Τύχης.
Ὁ μὴ φέρων &c.

Ineptit Auctor Anonymus, cùm illud σῶμα τῆς τύχης *Menandro*, & Comœdia indignum eſſe ait; nam, quæſo! nonne hoc ſumtum de medio & ex ipſa vita? Nonne σῶμα, quod nobis tribuitur & omnibus in genere animantibus, ratione loquendi tritâ ac plebeiâ, τῇ Τυχῇ tribui poteſt? Imò nihil vel ſignatius, vel apertius, dicam & vulgatius de ipſis incorporeis. Qui hoc inſolitum, coactum, affectatum vocat, eo ipſo oſtendit ſe multùm intelligendo nihil intelligere. Rectè *Grotius* σῶμα, *ſubſtantiam* vertit; rectè *Clericus* ὑπόστασιν vocat. Qui aliter ſentit, riſum debet & cachinnos. Fateor, illud ὡς ἐστὶν non ita adamant Græci, ſed longè equidem faciliùs pro ἐστὶν reſcriberem εἴη; quod nemo adſpernabitur, quàm hæc ita incruſtare,

Ἀδύνατον ὄντως ἐστὶ τοὔνομα τῆς Τύχης.

Inprimis ubi ἀδύνατόν τοὔνομα reverâ ἀδύνατον eſt, & ſi rite attendas, elegans parum. Nam τὸ ἀδύνατον non eſt ſanè epithetum, quod ſatis aptè cum ὄνομα jungi poſſit. Sic longè elegantius foret, ut ego equidem ſentio, ἐστὶ τύπωμα τῆς Τύχης. Deſumta ſit iſta metaphora à nummis &, qui nummis imprimitur, charactere; qui pulchrè vel δυνατὸς, vel ἀδύνατος dici poteſt, prout vel obſcurior eſt, vel evidentior. Id multò oportuniùs, mehercle! & ad vocem ἀδύνατος accommodatius; nam ſic vitabimus iſtud κακοζῆθες, quod ὄνομα ἀδύνατον parit. At σῶμα purum putum eſt & longè ſinceriùs, quàm vel τοὔνομα vel τύπωμα, quod propterea non

 mu-

muto. Quin & dubitari poſſet, an illud ἐςὶν medicina indigeat; nam ſic locutus ſit *Menander*, Græcum eſt, non barbarum, ubi ἵνα, cujus locum obtinet ὡς, ita acceptum ſæpe cum indicativo jungitur, & modos ſæpe pro lubitu invertunt Græculi. Illud autem ſuave eſt, quòd Auctor ille Anonymus, cùm ita legit, pro ὡς reponat ὄντως, cujus σημασίαν plus ſemel ipſum ὡς adſciſcit, ut omnes & ſinguli ſciunt vel ex iſto loco Sophocleo, ſtatim in principio Dramatis primi, verſ. 39.

Ὡς ἔςιν ἀνδρὸς τοῦδε τἄργα ταῦτά σοι.

Ubi ſignatè Antiqui Critici, ὡς ἀντὶ τοῦ ὄντως καὶ ἀληθῶς κεῖται. Ne alia teſtimonia nunc adducam. Quid oppidò! inconſideratius?

Num. 17. Ὅταν ἕτερός σοι μηδενὸς πλέον διδῷ,
Δέξαι τὸ μόριον· τοῦ &c.

Ita *Grotius* ὁ θαυμάσιος, pro μηδὲ ἓν πλέον, ut vulgò eſt apud *Stobæum*; non poterat meliùs. Nam elegantiſſimè, ita vivam! *plus nibilo* μόριον dicitur, quia nec *totum* eſt, nec nihilum, quia *pars nibili* eſt & *pars totius*, cùm de utroque aliquid participet. Nihil ſuavius, hæc eſt iſta ἀφέλεια, quam elegantiores ſuſpiciunt. At bonus ille Auctor Anonymus, poſtquam ſtrenuè & viriliter nugatus eſt, cum ſuo ingeniolo, quod tricas, non elegantias capit, ita legendum edicit,

Ὅταν ἕτερός σοι μηδὲν τέλεον διδῷ,
Δέξαι τὸ μόριον.

Apage, apage nænias. Iſtud μηδὲν τέλεον, *nihil integrum*, flacceſcit & dignum eſt tuo acumine, ô ſuavicule! nos ea conditione non utimur. Hominem, qui ineptiùs ratiocinetur, non vidi: inter aniculas poſthac oberret.

Num. 18. Τί σαυτὸν ἀδικῶν τὴν Τύχην καταιτιᾷς;

Illud καταιτιᾷς pro καταιτιᾷ vitium eſt Typographicum, ut multa ſunt in hoc libello, vel, ipſo *Burmanno* teſte; quare delicias agit Auctor Anonymus, ne quid ampliùs dicam, cùm hîc quoque *Clericum* conviciis inceſſat.

Num. 20. Εὐηθία μοι φαίνεται δηλουμένη,
Τὸ νοεῖν μὲν ὅσα δεῖ, μὴ φυλάττεσθαι δ' ἃ δεῖ.

Oh!

Oh! hæc *ineptiſſima videntur* Auctori Anonymo; *illud enim* δηλυμβὸν, inquit ille, *cum* φαίνεται *conjunctum aut* ταυτόλογον *eſt*, *aut aliquid pejus: quæ enim* δῆλα manifeſta *ſunt*, *non utique* φαίνονται *videntur*. Vix riſum contineo; nam quæ hoc Cratetis jecuſculum non capit, nos quotidie audimus in vita communi. Cùm ipſe ait, *hæc ineptiſſima videntur*, nonne locutione utitur ſimili & gemella, quæ, ſi Dis ita placet, iiſdem premitur incommodis? Si enim *ineptiſſima ſunt*, non utique *videntur*. Nonne dixi hunc hominem in ratiocinando muſcam eſſe, non aquilam? At δηλυμβὸν noſtro non adridet: non miror, cùm præter ineptias ei adrideat nihil. Quid, quæſo! in iſta voce ſtribliginis? Nonne hæc optimè ita procedunt, *ſtultitia mihi videtur declarata*? Imò *ineptiſſimus* eſt, qui hæc *ineptiſſima* vocat & inter homines hoſpes. At Noſter Timon, credo, ut ſuaviculam ſuam Philumenam oſculo exciperet impuro, ſana contaminavit lubens. Sed quid fiet homini, cùm iſta quoque,

Τὸ νοεῖν μὲν ὅσα δεῖ, μὴ φυλάττεσθαι δ' ἃ δεῖ?

inepta vocat & mox reponendum edicit,

Τὸ νοεῖν μὲν ὅσα δεῖ, μὴ φυλάττεσθαι δ' ἃ μή?

Scilicet, ad puerorum ſubſellia amandandus eſt, ut illic ſub ferulæ ictu addiſcat hæc ita accipienda eſſe, ac ſi pleniùs ſcriptum foret, τὸ νοεῖν μὲν ὅσα δεῖ νοεῖν, μὴ φυλάττεσθαι δ' ἃ δεῖ φυλάττεσθαι, ut olim ab imi ſubſellii ludimagiſtro didicit puer: quæ ſi huic ſuaviculo adhuc videantur inepta, poſthac Helleborum potet, ut reſipiſcat. Vah, vah! ineptiarum tædet.

Num. 22. Οὐκ ἔστιν ἀνοίας οὐδὲν, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ,
Τολμηρότερον.

Hæc integra eſt *Menandri* ſententia, quam Eruditiſſimus *Lindenbrogius* ad Terentium dedit mutilam & ex eo *Clericus* in Adelphis pag. 6. nimis fideliter deſcripſit. De alia Diphili Auctor Anonymus ſomniat. Non eſt ita.

Num. 23. Ὁ μὴ φέρων γὰρ εὖ τι τῶν ἐν τῷ βίῳ
Ἀγαθῶν, ἀσυλλόγιστος ἔστ', οὐ μακάριος.

Non malè Auctor Anonymus ἀλόγιστός ἐστι, οὗτοι μακάριος.

Quid

Quid tamen ? An ſermonis Analogia vetat, quominùs τὸ ἀσυλλόγιστος verti poſſit *ratiocinatione carens*, & de homine dici? Sic quidem exputat ille, ſed calidè nimis, ubi ἀλόγιστος & de *re* dicitur, & de *perſona*, utriuſque autem vocis eadem eſt forma; nam ab ἀλογίζομαι, *ratione careo*, ἀλόγιστος; ab ἀσυλλογίζομαι vel συλλογίζομαι, *ratiocinatione colligo*, ἀσυλλόγιστος. Fors *Grotius* non ita malè, & abſque ulla ſaltem metamorphώσει.

Num. 26. Θρᾷξ εὐγενὴς εἰς τοὺς ἅλας ὠνημένος.

Pro ὠνημένος legendum ἠγορασμένος non ex *Diogeniano*, ut Auctor Anonymus narrat, ſed *Zenobio* in v. Ἁλώνητον ἀνδράποδον; ubi hunc locum *Menandri* citat. Errat autem *Schottus*, ut hoc datâ nunc occaſione addam, cùm in notis ad locum *Zenobii* iſta, καὶ οἱ Θρᾷκες ἀνδράποδα ἁλῶν ἀπεδίδοντο, *& Thraces ſervum pro ſale reddiderunt*, quia apud *Suidam* leguntur, in eadem voce, & haud dubiè ſunt verba Grammatici, ſuſpicatur ex eodem Comico fuiſſe depromta; cùm in illis nec metri veſtigium ſit ullum, nec ſententia, mehercle! Comica. Errat, inquam, Auctor Anonyme, id ſcias, ne *Clericum* ita aberraſſe cenſeas ſolum.

Num. 38. Τοὺς τὸν ἴδιον δαπανῶντας ἀλογίστως βίον
Τὸ καλῶς ἀκούειν ταχὺ ποιεῖ πάντας κακῶς.

Ita legendum eſt, ſine dubio. Πάντας, quod *Clericus* ſubſtituit pro πᾶσιν, ambabus ulnis amplector: ipſa ſententia elegantiſſima eſt & *Menandro* non inficianda,

Qui ſtultè & imprudenter ſuas abſumunt opes,
Eos bene audire, continuò omnibus noxium eſt.

Nam quia apud omnes bene audiunt, ubique conducunt nummos & facilè conducere poſſunt; quos ſimulac devorarunt, unà cum toto patrimonio, menſam vertunt mortalium peſſimi & creditores re ſuâ defraudant. Nihil notius in vita communi; Auctorem tamen Anonymum ſi exaudias, ſententiam miſerè pervertit *Grotius*, & qui eum ſecutus eſt, *Clericus*. Sed homo blæſus eſt & malè feriatus: ipſe conjicit,

Τὸ καλῶς ἀκούειν, ταχὺ ποιεῖ πεινῆν κακῶς.

Aptè

Aptè ſatis, ſi cum hac conjectura conferas alteram iſtam,

> Τὸ καλῶς ἀκούειν ταχὺ ποιεῖ πᾶσιν κακῶς.
> Τὸ *bene audire citò facit apud omnes malè* audire.

Nam nihil tetrius reverâ, aut inquinatius. Fidiculis opus eſt, ut iſtam ſententiam inde extorqueas, ipſa locutio non eſt Græca. Nam κακῶς ἀκούειν πᾶσι non dicunt illi, ſed ὑπὸ πάντων, quod cùm ipſe Auctor Anonymus confiteatur ultro, neſcio cur hiſce ineptiis & mihi, & aliis moleſtiam creët.

Num. 40. Σκεπτόμεσθα τ' ἀναγκαῖ' ἑκάστης ἡμέρας.

Prima in ἀναγκαῖος corripitur, quare ut verſui bene ſit, lego,

> Σκεπτόμεθα τά γ' ἀναγκαῖ' ἑκάστης ἡμέρας.

Num. 42. Μὴ πάντοθεν κέρδαινε, αἰσχύνου δέ μοι
Τὸ μὴ δικαίως εὐτυχεῖν.

Elegantiùs Auctor Anonymus κέρδαιν', ἐπαισχύνου, pro μοι malim σοι, quod ipſa ſententia, ni fallor, efflagitat.

Num. 47. Ἅπανθ' ὅσ' ὀργιζόμενος ἄνθρωπος ποιεῖ,
Ταῦθ' ὕστερον λάβοις ἂν ἡμαρτημένα.

Iſta perſonarum mutatio ἄνθρωπος ποιεῖ, λάβοις ἄν, mihi non adridet & dicti gratias enecat. Lege,

> Ἅπανθ' ὅσ' ὀργιζόμενος ἄνθρωπος ποιεῖ,
> Ταῦθ' ὕστερον λάβοιτ' ἂν ἡμαρτημένα.

Num. 48. Ἐπίσχε σ' ὀργιζόμενος, &c.

Illud ἐπίσχε σ' pro ἐπίσχες Typographo imputandum. Ipſa verſio Viri Cl. *coërce te iratus* tolerari poteſt. Et non eſt ſanè incommoda. Auctorem Anonymum non moror, hominem novi, peſſimus eſt ſycophanta.

Num. 54. Οἱ τὰς ὀφρῦς αἴροντες, ὡς ἀβέλτεροι,
Καὶ, σκέψομαι, λέγοντες· ἄνθρωπος γὰρ ἂν
Σκέψῃ σὺ περί του, δυστυχὴς κἂν εὐτυχῇ;

Hîc nugas quoque blaterat *Phileleutherus à Lipſia.* Nam quod *Grotius* repoſuit δυστυχὴς κἂν εὐτυχῇ, ſuaviculo vide-

 tur

tur nimis ſubtile & ultra Scenæ vires, quod ipſe ſubſtituit δυςυχὴς ὅτ' ἂν τύχῃ, facile, perſpicuum, & nihil in eo ſpinoſi: Hercules, tuam fidem! poterátne infeliciùs, ubi *Grotianis* ineſt ſenſus, in his ne ſensûs ſunt veſtigia? Nam dic, ſodes, quid ſibi vult tuum δυςυχὴς ὅτ' ἂν τύχῃ? An quod tu inde exprimis, *infelix quandocunque evenit te eſſe infelicem*? Sed, ô bone, ſic opus eſt malleo, quo verba tundas, ut alter Steropes; nam iſtud *evenit te eſſe infelicem* in Græcis non reperio, quæ id promunt, *quandocunque acciderit*, & aliud nihil; verba torqueas, trahas, volutes, quouſque velis. Sed iſta, inquies, quæ pro ſingulari mea perſpicacia adjeci, omiſſa ſunt per Ellipſin, ipſa verba ſimile quid apertiſſimè flagitant. Euge! euge! ſic præſta te virum! Id, quæſo, Græcè peritis tute perſuadeas; ſic Linguæ genium, manibus poſt terga revinctis, in triumphum ducere potes. Jam autem ipſa ſententia, quæ ex tam malè coagmentatis exſurgit, oppidò! quàm feſtiva eſt, quàm lepida! *infelix es, quandocunque acciderit te eſſe infelicem*, id eſt, *infelix es, cùm es infelix:* Dii me perdant, ſi ipſa Baubo anilius quid & inficetius effutierit unquam! Et hic tamen eſt, qui *Menandro* rem gerat. Sed homo, mehercle! non eſt ſobrius. Optimè, mihi credas, rebus ſuis proſpiciet, ſi modò verſus ſenarios ad digitos exigat lutulentos, nil præſtet ampliùs, aut præſtare ſatagat; nî forſan propoſiti tenax omnia contaminare velit &, pro ſententiis egregiis, nobis obtrudere aniles fabulas: nam ita judicio deſtitutus eſt, ut rana plumis. Longè rectiùs, ut dixi, *Grotius* ὁ θαυμάσιος, quia ſic ſenſus ſibi conſtat. Et quid ſi tamen attendas ea, quæ ſequuntur, αὐτόματα γὰρ τὰ πράγματα ἐπὶ &c. nonne iſta illatio aliud quid deſiderat? Sic puto; nam nunc nulla in his Antitheſis, quæ elegantiſſimè profectò apparebit, ſi cum magno *Salmaſio* legas δυςυχὴς κἂν εὐτυχής: ſive felix ſis, ſive infelix: qua de re deliberabis, cùm proſpera & adverſa ſponte ſuâ accidant & fortuna pro arbitrio curſum peragat ſuum? Imò nullus ego dubito, quin ita reliquerit *Menander*. Sic pulcherrimè τὰ πράγματα ἐπὶ τὸ συμφέρον ῥέοντα καὶ πάλιν τἀναντίον, opponuntur ipſis perſonis, δυςυχὴς κἂν εὐτυχὴς, ut quiſque perſpicere poteſt, ſi oculorum habeat uſum, & longè majus eſt in his acumen. Reliqua ſunt perſpicua. Nam verſu quinto legendum eſſe καθεύδῃς, ἢ πάλιν dicere quid adtinet, ubi ipſe *Grotius* ita diſertè habet in Eclogis Phyſicis, & hîc in κεκρυφάλῳ? Id tamen datâ operâ Auctor Anonymus monet,

net, ut virum Præſtantiſſimum carperet; nam ita natus eſt homo. Si oculos habuiſſet miſer, monuiſſet potiùs ex collatione hujus loci verſiculum redundare in loco ſimili malè à viro ſummo adtextum; nam diverſa ſententia haud dubiè fuit ſenarius iſte,

Ταὐτόματον ἡμῖν ἀφανὲς ὂν συλλαμβάνει,

ut hicce locus demonſtrat.

Num. 55. *v.* 7. Ἀλλ' ἂν ἀποθάνῃς, ταῦτα καταλείψεις τισίν,
At ſi moriaris, hæc aliquibus relinques.

Auctor Anonymus reponendum ait ἀλλ' ὅταν ἀποθάνῃς, quia ſententia vacillat: *quid enim eſt*, rogat ille, *ſi moriaris? quaſi verò hoc dubium eſſet!* Sed id tibi dicam, ô bone, ſi modò dicto ſis audiens. *Si*, ἂν, in hac formula idem quod *cùm* & ὅταν. Si unquam inſpexiſſes libros Pandectarum, ſcires nihil in teſtamentorum tabulis fuiſſe frequentius iſtâ locutione *ſi moriar*, *ſi moriaris*, *ſi moritur*, quam tu ſuſpectam habes; quia præter metrum & tuas quiſquilias, nihil aut curas, aut intelligis. Eruditiſſimus *Grotius*, qui iſtam formulam centies legerat, in ſcriptura vulgata providè acquievit.

Num. 63. Αἰσχρὸν γ' ὅταν τις ἤπιος γλώσσῃ φυεὶς,
Γλώσσῃ ματαίους ἐξακοντίσῃ λόγους.

Ita *Grotius* ὁ πάνυ, pro ἐπὶ γλώσσῃ, ut vulgò peſſimè apud *Stobæum*; nec poterat meliùs; levicula eſt mutatio, ipſa ſententia elegantiſſima: *turpe eſt, cum is, qui linguâ valet, linguâ ejaculatur ſermones futiles*; quia ſermones inanes ac futiles lingua ſuavicula ſunt indigni; quòd is, cui lingua ſuavicula data eſt, ut ſit inter homines ſuada, pretioſiſſimo naturæ dono, quod paucis reverâ obtigit, turpiſſimè abutatur, ſi linguam ineptiis alliget. Quid, quæſo! venuſtius? Vides, quid αἰσχρὸν vocet, quid *indecorum*. Hæc tamen Auctori Anonymo non poterant lenocinari, qui omnia alia ſentit & de Antitheſi cogitat, quæ in his nec eſt, nec unquam fuit. Dein illud *inprimis diſplicet* ſervo pecori, *quod* τὸ γλώσσῃ *bis hîc repetatur nullo acumine*; cùm in iſta repetitione ſumma ſit venuſtas & mira dictionis ἀφέλεια, quam elegantiores dèpereunt. Abeat igitur in malam rem, cum ſuis inaniis; indignus eſt, qui haſce

 ele-

elegantias tractet, inprimis ubi hanc bellulam conjecturam de ſuo adjicit,

> Αἰσχρὸν γ', ὅταν τις νήπιος γνώμῃ φύσις
> Γλώσσῃ ματαίως ἐξακοντίσῃ λόγους.
> *Turpe eſt, cùm quis nullo ingenio præditus*
> *Linguâ ejaculatur ſtultos ſermones.*

Nam dic, ſodes, an in his eſt illa Antitheſis, quàm in conjectura *Grotiana* quæris? Plus dicam: an *turpe* eſt, an *indecorum*, ſi is, qui nullo ingenio præditus eſt, ſtultos ſermones proferat? An potiùs id agit, quod ſolent omnes, qui ratiocinatione carent; cùm præter ineptias & ſermones ſtultos nihil ab illis exſpectare poſſimus, cùm id agant, quod poſſunt, quod debent? Mehercle! ineptis, & dicti gratias turpiſſimè enecas: ſed ita legis, credo, quia conſcius es tui ipſius, quia ſic dictum hoc in te quadrat; nam, ſcio, φίλαυτος es, ut ſunt omnes tibi ſimiles.

Num. 71. *v.* 4. — — πιστικὸν λόγος,
Πρὸς τοῦτ' ἂν εἴποι τις, μάλιστα τῶν σοφῶν.

Hæc non ſatis accuratè ita vertit *Grotius* ὁ πάνυ,

> — — *Sapiens dixerit*
> *Hic fors ſit aliquis: illex eſt oratio.*

Veriſſimè Cl. Clericus: *oratio fidem facit, dixerit ad hoc quiſpiam, ſapientium præſertim virorum.* Nam ſic verba ſequentia non habent, quod querantur de injuria ſibi facta.

Num. 72. Αὐθαίρετος γὰρ &c.

Malim αὐθαιρέτοις, quod *Grotius* habet.

Num. 73. Καὶ πάντα τὰ λυμαινόμεν' ἔνεστιν ἔνδοθεν·
Οἷον ὁ μὲν ἰὸς τὸν &c.

Hîc iterum Auctor Anonymus ſibi placet, quia muſcas ſuaviſſimas captat; nam hæc ſunt monſtra illa nefanda, quæ Noſter Thraſonides debellat. Id verò lepidum eſt, nec ſilentio præterire poſſum; quod ſententiam miſerè à *Grotio* labefactatam ait, cùm ἔνεστι Vir Eruditiſſimus repoſuit ob verſum, pro vulgato ἐστὶ: *quale enim id eſt,* inquit Her-

Hercules Myiagros, ἔνδοθεν ἔνεστιν, *ineſt ex interiori parte? Hoc ſecum pugnat; nam & moram in loco & motum è loco unà ſignificat.* Tanta eſt differitas, arrigite aures Pamphili, inter ἐστὶν ἔνδοθεν & ἔνεστιν ἔνδοθεν; quod tamen omnes exiſtiment pro ἐστὶν ἔνδοθεν potuiſſe dici κατ' αὔξησιν, ut in Lingua Græca talia ſunt bene multa; arrigite aures, inquam, Pamphili, ut hinc diſcatis, quo ingeniolo natus ſit Noſter Barbicola.

Num. 77. Κοινὸν ἀγαθόν ἐστι τοῦτο χρηστὸς εὐτυχῶν.

Verſus, inquit Auctor Anonymus, *& apud Stobæum & Grotium vacillat. Corrige*,

Κοινὸν ἀγαθόν τόδι ἔσθ' ὁ χρηστὸς εὐτυχῶν.

Ain' tu? An igitur verſus ſenarius non recipit Dactylum & Anapæſtum in principio? Mirum, ubi & duos Anapæſtos illic admittit & Dactylum cum Anapæſto ego offendi ſæpiùs; ſed nugaris, ô bone, & dormitas, ipſe tuus ſenarius ingratus eſt & elumbis; ſi pro τοῦτο χρηστὸς, ſcripſiſſes τοῦθ' ὁ χρηστὸς, id, ego probaviſſem lubens.

Num. 78. Ὦ καὶ σιώπα, πολλ' ἔχει σιωπὴ καλά.

Σιωπὴ hic per Synizeſin fit δισύλλαβον; quod Auctor ille Anonymus iterum notet, propter illud νέοττον, de quo ſupra.

Num. 88. Δεῖ τοὺς γυμνοὺς, μέχρις ἂν ζῶσιν, πονεῖν.
Ἀπραξία γὰρ λιτὸν οὐ τρέφει βίον.

Ad hæc Auctor Anonymus: *qualis ſententia eſt?* Omnes, *inquit*, quotquot naſcimur, laborare debemus? *Cur hoc?* Quia pauperem vitam inertia non ſuſtentat. *Haud vidi ſtultius argumentum? Quid enim? Si in amplum patrimonium naſcimur? An ſatrapæ & reges laborare debent, quia tenuis res inertiam non patitur? Repone ſine dubio*, δεῖ τοὺς πενομένους. *Hoc jam aliquid eſt.* Scilicet, ſuaviculus noſter hanc ῥῆσιν corrigit, & iſtam *Hipparchi* apud *Stobæum*, Titulo 60.

Πολὺ γ' ἐστὶ πάντων κτῆμα τιμιώτατον.
ΑΠΑΣΙΝ ΑΝΘΡΩΠΟΙΣΙΝ ΕΙΣ ΤΟ ΖΗΝ τέχνη.
Τὰ μὲν γὰρ ἄλλα, καὶ πόλεμος, καὶ μεταβολαὶ
Τύχης ἀνήλωσ', ἡ τέχνη δὲ σώζεται,

haud

haud dubiè, quia id quoque de Regibus & Satrapis dici non poteſt, ſtrenuè correcturus eſt, unà cum aliis infinitis; ignorat enim, quod ipſi balbutientes ſciunt, in Comœdia, ſimiliter ut in vita communi, multa paſſim dici γνωμικῶς, quæ non ſunt univerſaliter vera, ſed ſuas ſæpe patiuntur exceptiones, & accipienda ſunt cum mica ſalis. O quàm lepidus eſt homo, ubi judicio erat opus! Λιτὸν βίον malè etiam vertit *pauperem vitam*, cùm vertendum eſſet, *tenuem vitam*; nam ſic ipſam vitam humanam, abſque ullo vel paupertatis, vel divitiarum intuitu, vocat ἠθικῶς, ut paſſim, nihilque venuſtius in re Comica, ſi ſcias, quæ ſit Comœdiæ indoles. Sed hæc noſter non capit, futiliſſimas Chryſippi nænias.

Num. 93. Ἀγροῖκος εἶναι προσποιεῖς, πονηρὸς ὤν.

Imò rectiùs longè *Stobæus* προσποιῇ, id tibi concedo lubens, mi *Phileleuthere*; nec tamen *Clerici* προσποιεῖς, flagitium eſt ita enorme, ut tu blateras; nam προσποιέω, noſti, *mihi adſumo* denotat.

Num. 96. Ἔχει τι πικρὸν τῆς γεωργίας γλυκύ.

Auctor Anonymus, qui hæc emendare fatagit, nimiùm diligens eſt. Articuli omittuntur centies.

Num. 101. Τί διακενῆς εἶ χρηστός, εἰ ὁ δεσπότης
Αὐτὸς μὲν ἀπολεῖ πάντα, σὺ δὲ μὴ λαμβάνεις;
Σαυτὸν ἐπιτρίβεις, οὐκ ἐκεῖνον ὠφελεῖς.

Illud ὁ nihil ab εἰ ſibi metuendum habet; nam hîc ſanè eliſio non eſt ita prona, ſimiléſque hiatus millies deprehendere licet; vel unum inſpicias *Homerum*; & quid ſi tamen naſutiſſimis id etiamnum diſpliceat, legere poſſunt εἰ γ᾽ ὁ δεσπότης; nam Auctoris Anonymi εἰθ᾽ mihi non ita adridet, ut nec ipſa illa diſtinctio, quam nobis commendat homo. Tu locum ita interpungas, rogo,

Τί διακενῆς εἶ χρηστὸς; εἰ ὁ δεσπότης
Αὐτὸς μὲν ἀπολεῖ πάντα, σὺ δὲ μὴ λαμβάνεις,
Σαυτὸν ἐπιτρίβεις, οὐκ ἐκεῖνον ὠφελεῖς.

Ut rectè *Grotius* ὁ θαυμάσιος in ſua verſione.

Num.

Num. 103. Ἐκ γειτόνων γὰρ οἴκων εἶ, τοιχώρυχε.

Quid hîc eligam, mehercle! neſcio: hoc ita interpolatum,

Ἐκ γειτόνων οἴκων γὰρ εἶ, τοιχώρυχε.

an quod Editio Aldina promit,

Ἐκ γειτόνων γὰρ οἴκων, ὦ τοιχώρυχε;

Si ad ſenſum reſpiciam, prius illud perplacet; ſi verba ipſa, poſterius mihi adridet magis. Antiquus enim Scholiaſta hæc adducit, ut probet Poëtas ſententiam vulgò exordiri à particula γὰρ, quæ ita tranſpoſita, ne quid diſſimulem, longiùs aliquantò remota eſt ab initio versûs, nec iſtum locum occupat in hac ῥήσει, quem ſibi elegit in verſu *Euripideo* & altero *Homeri*, cujus ibidem meminit Scholiaſta. Elegantiores videant, ſi tanti ſit.

Num. 104. — — τίς δεδούλωταί ποτε
Ὄψει; φλυαρία, &c.

Ad hæc paucula notabo, non ſpiſſa. In verſu primo, haud dubiè revocanda eſt antiqua lectio, quæ apud *Stobæum* proſtat, & id veriſſimè Auctor Anonymus monet; qui cùm præterea narrat *Grotium* ſententiam violaſſe, cùm pro τίνι repoſuit τίς, iterum cum ſuis ineptiis in gratiam redit. Vos omnes teſtor, quibus mens ſana eſt in corpore ſano. Jam verſu ſeptimo retinendum eſt illud ἔχων, quod Cl. *Clericus* perperam mutavit in ὁρῶν, animum haud dubiè alibi occupatum habens; nam ceteroqui vocem genuinam & ſenſui neceſſariam non tetigiſſet ille, cui, ut ego equidem ſentio, ſi non ingenii, ſaltem plus eſt judicii, quàm vel decem *Phileleutheris* à Lipſia. Iſta autem vox, ſcias, hîc nihil in ſe habet ſubturpiculi; jungenda enim eſt cùm ἡδονῇ συνουσίας, & ſenſu accipienda primitivo. Quæ ex *Terentio* adducit Auctor Anonymus, & de altera notione garrit, non ſunt unius aſſis & hominis ſapiunt indolem. Verſu ultimo ſcribas,

— — Καιρός ἐστιν ἡ νόσος
Ψυχῆς, ὁ πληγεὶς δ' εἰς ὅλην τιτρώσκεται.

Εἰς ὅλην ſubintellige ψυχὴν, de qua loquitur. Nihil expreſſius. Εἰσβολῇ τιτρώσκεται, quod Auctor Anonymus ſubſti-

ſtituit, duriuſculum eſt, nec aptè ſatis τὸ εἰσβολὴ jungitur cum voce τιτρώσκειν; nam *incurſus* non eſt ſanè vulnerandi modus, ſed occaſio, ut vel pueri norunt.

Num. III. Ὅστις γηνόμενος βούλεται ζῆν ἡδέως,
Ἑτέρων γαμούντων, αὐτὸς ἀπεχέσθω γάμων.

Quid, malùm! iſtud γηνόμενος, quod & ſupra habuimus *Num.* 88. & ſumtum de medio naturali ſimplicitate ſeſe commendat, Auctor Anonymus trucidat, confodit? Hem, qui curva nobis corrigat & Auctores veteres expurgandos ſibi ſumat? Sed ignoſcamus homini, ne iraſcamur; nam elegantiſſimum illud ἄνθρωπος ὤν, quod ἰσοδύναμον eſt τῷ γηνόμενος, hoc corculum inter ineptias quoque retulit, ut ſuo loco videbimus. Scilicet, humilia & nativa deſpicit, affectata, grandia, calamiſtrata adamat, dicam & anilia, ut non obſcurè indicat hæc conjectura ejus egregia,

Ὅστις πενόμενος βούλεται ζῆν ἡδέως,
Quicunque pauper ſuaviter vult vivere.

Nam dic, ſodes, an homo pauper, unquam vivere poteſt *ſuaviter* & ἡδέως, ſive uxorem habeat, ſive cœlebs ſit? Quicquámne anilius, ſi rem ex vero æſtimemus? Hoc tamen ex vita communi petitum, ais. Scilicet, quid vita communis ſit, ignoras; tuos mores, tuas ineptias vitam communem vocas.

Num. 116. Καὶ τοῦτον ἡμᾶς τὸν τρόπον γαμεῖν ἔδει
Ἅπαντας, ὦ Ζεῦ σῶτερ, ὡς ὠνήμεθα.
Οὐκ &c.

Pro καὶ τοῦτον Auctor Anonymus legit κ' εἰ τοῦτον: ſi dicam quare, ridebis, ridebis, ſcio, quiſquis es, cui lepidula placent & venuſta. Scilicet, bonus ille redditionem ſententiæ ab illis inchoat περιάξω τὴν ἐμαυτοῦ θυγατέρα, & hæc quàm arctiſſimè conjungit, κ' εἰ τοῦτο ἡμᾶς τὸν τρόπον γαμεῖν ἔδει Ἅπαντας, ὦ Ζεῦ σῶτερ, ὡς ὠνήμεθα, περιάξω &c. quis non exclamet? *Pulchrè, rectè, bene!* Si, ſcilicet, filiam circumduceret homo per totam urbem, mores & ingenium puellæ facilè perſpici poſſent, ac explorari, ſic matrimonium contrahi, *ut è re noſtra eſſet*, ὡς ὠνήμεθα. Mirifica circumductio, mirificiſſima mores explorandi ratio! quid quæris? rides?

rides? Sit tibi bene; id exſpectabam, ſcilicet. Sed ſeriò, ſeriò. *Grotius* ὁ θαυμάσιος, in ſua verſione, ſenſum elegantiſſimè expreſſit; quam ſi conferas nunc, videbis tuâ ſponte quid diſtent vera à falſis. Dictum hoc *Stobæus* retulit in numerum eorum, quæ mores præſertim virginis nupturæ, non divitias aut nobilitatem, ſpectare jubent. Eò pertinent verſus 5, 6, 7. & ſequentes, uſque ad προίξω: illa & quæ ſequuntur novam ſententiam inchoant & à Comico proferuntur κωμικῶς. Nam vel egregiè memetipſum decipio, vel hoc ſibi volunt: quandoquidem nuptiæ nunc ita contrahuntur, ut ad mores puellæ vix, ac ne vix animum advertant juvenes, filiam per omnes vicos circumducam, facilè maritum inveniet, ſit licèt omnium peſſima & inter ipſas margaretas, margareta; nec tamen animus eſt decipere quemquam: quiſque enim videat, quid agat; perpendat ſedulò, quo infortunio mulctabitur. Dein omnis mala eſt mulier, omnis maritus infelix; infelix ſit, qui filiam meam uxorem ducat, communem experiatur ſortem. Sic ſingula pulchrè cohærent. Reliqua, quæ Auctor Anonymus notat, levicula ſunt & nullius ferè momenti.

Num. 122. Καὶ τί λελόγισμαι ὁ κακοδαίμων προσδοκῶν
Χάριν παρὰ γυναικὸς κομιεῖσθαι; μὴ μόνον
Κακόν τι προσλάβοιμι, καὶ κάλλισ' ἔχει.
Οὐκ ἐν γυναικὶ φύεται πλείστη χάρις.

Ita *Grotius*; ſed verſum primum rectiùs conſtituit Auctor Anonymus. Verſu 4. illud πλείστη ne tangas. Πλείστη χάρις, ἡ μεγάλη, formula, ut puto, ſollemnis: ita, ſcilicet, vulgus, cui opportunè ſuccinit elegantiſſimus *Menander*. Imò hoc eſt illud δημοτικὸν τῆς ἑρμηνείας; quod in ſuo *Theocrito* olim ita admiratus fuit *Heinſius* Pater, in aliis alii; quare riſum debet Auctor Anonymus, qui hanc quoque gemmulam Comico extorſit. Alter eſt Icarus. Sed audias, audias virum longè ſubtiliſſimum; nam Sophiſtica illa ſi non placent, ſaltem delectant. Sic ait: *in verſu ultimo, quid illud ſibi vult* πλείστη χάρις? Non in muliere naſcitur plurima gratia. *Quid autem ſi* mediocris *naſcatur? Si quod ſatis eſt, etſi non abundè? Eritne quod jure queri potes? Apage igitur illud* πλείστη, *& repone* πιστή. Nonne in Schola Socratica ætatem poſuit? Nonne ἀφορμαντεῖ? Pro poſitivo

ſu-

ſuperlativum, ut loquuntur, aliquando adhiberi non noverat ille, animo longè ſublimiora volutans.

Num. 129. Ἢ μὴ γαμεῖν γοῦν, ἢν δ' ἅπαξ λάβῃς, φέρειν,
Μύσαντα πολλὴν προῖκα, καὶ γυναῖκα δεῖ,
Ἐκπυνθάνεσθαι τ' ἀρσένων περὶ μηδέν.

Hæc ita legit, conſtituit Auctor Anonymus,

Ἢ μὴ γαμεῖν γοῦν, ἂν δ' ἅπαξ λάβῃς, φέρειν
Μύσαντα πολλὴν προῖκα· καὶ γυναῖκα δεῖ
Ἐκπυνθάνεσθαι τἀρσένων, ὦ Δημόσθενες.

Et tanquam re bene geſtâ ἐπινίκιον cantat: *Egregia ſanè*, ſic ait, *hæc emendatio eſt, abſit invidia: qualem ſi vel unicam excogitaſſet Cl. Clericus, tot ejus in ceteris pervertendis flagitia penè ſola expiaſſet.* Verba ſeſquipedalia & quæ optimè conveniunt in eum, qui potiùs à ſe, quàm ab aliis, laudari cupit, qui ita putidè eſt inficetus, ut vulgatum iſtud, *propria laus ſordet*, ſibilis explodat; cujus denique tot encomia circumferuntur domeſtica, ut integrum facilè libellum conſtituere queant. Novi aliquem, qui eo natus eſt ingenio, an Noſter Thraſonides ipſiſſimus ille ſit, ignoro, & meâ parum refert. Id ſcio & ſcire eum oportuit, emendationem, quam ille egregiam vocat, non laudem & encomia, mehercle! ſed cachinnos mereri, ſed ſibilos; non potuiſſet *Clerici*, quæ vocat, *flagitia* expiare, ſed augere & exaggerare, ita & inverſa & perverſa ſunt omnia; nam ut à ſuaviſſima voce Δημόσθενες, cui locus debetur honoratior, nunc opportunè exordiar, quæſo, illud nomen nonne illic putidiſſimè collocatum eſt? Nonne *Menander*, cui ſimplex & naturalis ſcribendi ratio haud dubiè placuit, id poſuiſſet ſtatim in ipſo ῥήσεως initio, aut poſt illa ἂν δ' ἅπαξ λάβῃς, ubi neceſſaria erat ejus præſentia, non hîc, ſi eo voluiſſet uti? Imò attendant, attendant, quæſo, elegantiores & facilè mecum ſentient. Ad hæc, nonne illud δεῖ, à primo Orationis membro, peſſimè divellitur & ad alterum transfertur, contra omnem loquendi normam; quæ vocem ἀπὸ κοινοῦ repetendam primo articulo alligat, ut mox in ſecundo commodè ſubaudiri poſſit, non, ut hîc, ὕστερον πρότερον, quæ ſumma eſt ἀκυρολογία? Jam ipſa oratio mutila eſt & manca; nam quò pertinet τὸ λάβῃς? Quò illud φέρειν? Quid *ſumat* maritus? Quid *ferre* debet? An πολλὴν προῖκα? Id reſpon-

reſpondebit Noſter ſuaviculus? Sed quàm inficetum hoc? Quàm marcidum? Sic à muliere ad dotem tranſit Comicus; ſic ſuadet, ut dotem *ferat*, non mulierem. Ecce ſententiam ipſam, quæ huic homini placuit: *Etenim aut non ducere uxorem, aut ſi ſemel magnam dotem ſumſeris, illam dotem ferre oportet.* Nonne egregia? Nonne facilis & perſpicua, ut in Comœdia eſſe debet? Hæc eſt, oppidò! elegantiſſima illa emendatio, quæ *Phileleutheri Lipſienſis* nomen ad ſeros poſteros tranſmittet. Rideo, rideo. Sed mittamus hominem; ecce veram potiùs lectionem, quæ ex facili nata eſt & mihi, ſimul ac locum attigi, occurrit ſtatim,

Ἢ μὴ γαμεῖν γὰρ, ἂν δ' ἅπαξ λάβῃς, φέρειν
Μύσαντα πολλὴν προῖκα, καὶ γυναῖκα δεῖ·
Ἐκπυνθάνεσθαι τἄρσένων δ' ἡμᾶς ποτέ.

Et hanc ſanè commendare non eſt opus, quia ſeipſam commendat ſatis. Nam ſic ſingula pulchrè ſibi conſtant. Pergamus. In verſu nono ſcribatur per me licet,

Τὴν ὄψιν ἐμπλήσασ' ἀπήλλακται κακῶν.

In his minutiis Auctor Anonymus vir eſt. Verſu duodecimo veriſſimè *Grotius* ὁ θαυμάσιος,

Σώζει δάμαρτα, κἂν ἀνὴρ δοκῶν σοφὸς,
Μάταιός ἐστι, &c.

Quod Auctor Anonymus ſubſtituit, τ' ἀνδρὶ δὴ δοκῶν σοφὸν cum nota Parentheſeos, duriuſculum eſt & coactum. Pro σοφὸς, apud *Stobæum* σοφόν. Quare & δοκῶν illic ſcriptum aliquando conjicio, pro δοκῶν: quo modo cùm illud δοκῶν σοφὸς leviter interpolatum eſſet, & particula in κἂν forte fortunâ à ſyllaba ſequenti abſorpta, ſciolus aliquis repoſuit τ' ἀνδρὶ, ut ſenſui morem gereret, δὴ autem de ſuo adjecit, ut verſum ſenarium redderet abſolutum. Quid probabilius? Imò vix ego dubito, quin iſta ſcriptura, quam præſtantiſſimus *Grotius* nobis propinat, ſit ab ipſo *Menandro*, altera, quam Auctor Anonymus, à correctoribus profecta; nam, ut modò dixi, dura eſt, coacta, nec quicquam in ea laudabile, niſi quòd ad lectionem vulgatam ſerviliter appropinquet.

Num. 135. Αἰσχύνομαι τὸν πατέρα, Κλειτοφῶν, μόνον·

Ἀντιβλέπειν ἐκεῖνον ὐ δυνήσομαι
Ἀδίκως.

Elegantiſſimum eſt, & mirè Emphaticum, illud ἀντιβλέπειν ἀδίκως. Tantùm abeſt ut patri meo malè velim, ut ne oculo quidem injuſto & malevolo eum contrà intueri audeam. Nihil venuſtius. At Auctor Anonymus quid ſibi velit iſta locutio, ignorat; ſcilicet, ignorat ille, quid ſit *torvè* aliquem *intueri*, quid *oculis limis*, quid *oculo irretorto:* neſcit oculos & animi feneſtras, & cogitationis eſſe indices. En, quò deventum! αἰσχύνομαι hoc loco potiùs *revereor* eſt, quam *vereor.*

Num. 140. Οὐδέποτ' ἀληθὲς ὐδὲν ὔθ' ἡμῶ πατὴρ
Εἴωθεν ἀπειλεῖν, &c.

Fruſtra, inquit Auctor Anonymus, *Anapæſtus ſecundum pedem tardat, cùm Iambus in promtu ſit. Lege igitur*, εἴωθ' ἀπειλεῖν. Scilicet, ſic ipſe corrigit, ſi alius quiſpiam id tentaſſet, mox ſtentoreâ voce exclamaſſet homo, *quid, malùm, túne verſum ſenarium numeris prives! Dii te perdant!*

Num. 142. Υἱῷ προθύμως τἀξιώμθμον ποιῶν,
Κηδεμόν' ἀληθῶς, ὐχ ἔφεδρον ἔχει βίυ.
Filio libenter quod videtur æquum qui facit,
Verè curatorem, non ſucceſſorem habet bonorum.

Ut dicam, quod ſentio, illud *ſucceſſorem* pro *ſubſeſſorem*, vel vitium eſt currentis calami, vel Typothetæ. Virum Cl. ignoraſſe, quis Græcè ἔφεδρος, quis Latine dicatur *ſubſeſſor*, credat Judæus Apella, non ego. Et hoc ita eſſe ipſa notula Viri Cl. probat: *Non optat mortem patris, qui benignè ab eo habetur, neque ejus facultates prodigit, quas jam pro ſuis habet.* Auctori Anonymo frons ferrea eſt, lingua canina.

Num. 148. Οἱ μὴ λέγειν δ' ἔχυσι τῦτο, ἀλλά τινα
Τόπυ μεταβολὴν, ἢ φίλων ἐρημίαν,
Τί τῶν λεγόντων εἰσὶ δυσαγγυέστεροι;

Ita & *Grotius* & *Salmaſius*, pro εἰ μὴ λέγειν, quod fertur apud *Stobæum:* rotundiùs aliquantò, ut tamen nulla opus ſit Criſi. Ineptit & ſtrenuè ineptit Auctor Anonymus, qui utrumque ſic perperam emendaſſe narrat, *quia hoc poſito, ora-*

oratio poſtulat ἔχοντες *non* ἔχοντι. Hercules, tuam fidem! quicquámne anilius? Mox verſu octavo mavult τούτους, qui ad marginem *Stobæi*, qua de cauſa non video; nam τούτο referri poteſt ad τὸ χρυσόν, de quo vel præcipuè loquitur *Menander:* mox ſubdit ὃς ἂν εὖ γεγονὼς ᾖ τῇ φύσει πρὸς τἀγαθὰ, κἂν Αἰθίοψ ᾖ, quæ τούτο potiùs requirunt in verſu antecedente, quam τούτους; nam iſta ſanè τὸ χρυσόν reſpiciunt, non πάππους. O quam perſpicax eſt homo!

Num. 149. Τοὺς εὖ γεγονότας καὶ τετραμμένους καλῶς
Κἂν τοῖς κακοῖς &c.

Τετραμμένους eſt à Typotheta, ipſe Vir Cl. non dubito quin τεθραμμένους dederit, ubi in verſione Latina eſt *bene educatos:* ſimiliter erratum in Auctoris Anonymi libello *p.* 60. *lin.* 30. quæ ſi rite perpendant humaniores, nonne atrociſſimas ſervi pecoris calumnias abominari debent, nonne mecum confiteri pejorem ſycophantam hodie non vivere? Ejuſdem pretii eſt, quod ſequitur mox apud Auctorem Anonymum; nam *Euſtathium* haud dubiè Vir Cl. nimiùm properans malè deſcripſit; qui Græca modò attigit, pro ποτ' ἐγένετο, deliberato animi propoſito, προεγίγνετο repoſiturum cras credam, non hodie. Vah! litteras, quæ ab humanitate ſortiuntur nomen, ita contaminari, ita omnium ſibilis exponi à quodam lucifuga, qui, omni humanitate relictâ, barbam colit, & odio turgens ſuaviſſima Muſarum ſacra mœſtiſſimo vultu adire audet!

Num. 152. Ἡ δ' οἰκία, ἐν ᾗ πάντα πρωτεύει γυνὴ,
Οὐκ ἔστιν ἥτις πώποτ' οὐκ ἀπώλετο.

Ita *Grotius:* apud *Stobæum* οἰκία δ' ἐν ᾗ. Lego:

Ἡ δ' οἰκί', ἐν ᾗ τὰ πάντα πρωτεύει γυνὴ,
Οὐκ ἔστιν ἥτις &c.

Sic metrum ſibi conſtat; particula δ', ſimul ac ἡ, exciderat, vel ſponte ſuâ mutavit locum. Nihil facilius. Auctor Anonymus *hic turbas dedit miras.*

Num. 161. Ἅπαντα τὰ ζῶ' ἐστὶ μακαριώτερα.

Non opus eſt, ut μακαριώτατα, quod *Stobæus* habet, ita cum *Grotio* interpoles.

Num. 169. *v.* 16. Πράττει δ' ὁ κόλαξ ἄριστα πάντων, δεύτερος
Ὁ συκοφάντης, &c.

Hæc verba ab *Athenæo* adducúntur *Lib. VI. p.* 248. ut in notis veriſſimè animadvertit *Clericus*. Lepidiſſimus eſt Eruditiſſimi *Burmanni* error, qui in ſua præfatione, ubi agit de quibuſdam locis *Menandri* à *Clerico* omiſſis, inter alia hæc habet: *Omiſit quoque fragmentum Athenæo memoratum Lib. VI. p.* 248.

Πράττει γὰρ πάντων ὁ κόλαξ ἄριστα ὁ καλός.

Quia & in Indice neglectum fuerat. Nam & καλὸς peſſimè ῥήσει *Menandreæ* adtexuit, cùm ſit ipſius *Athenæi*, & verſum ſenarium excluſit, in quo ſi pedis iambici veſtigium ſit ullum, Dii me perdant. Quantò melius Cl. *Clericus!*

Num. 171. Οἰκτρότατόν ἐστι πτωχεῖν ἐπὶ γήρως ὁδῷ
Ἀδίκου Τύχης δίκαιος εἰληφὼς τρόπος.

Quod vulgò fertur apud *Stobæum*,

Οἰκτρότατόν ἐστι πτωχεῖν ἐπὶ γήραος οὐδῷ.

Ita ob verſum & *Scaliger* & *Grotius* emendarunt, certiſſimè, ut hactenus crediderunt omnes, qui litteras diligunt. Sed rem lepidam! Auctor Anonymus, cui egregia, & exquiſita placent, non plebeia & abjecta, præfatus *judicio hîc potiùs opus* eſſe, *quàm ingenio*, *Menandrum* datâ operâ unicum Hexametrum ſuis ſenariis intexuiſſe narrat; ut notiſſima illa *Homeri* verba ἐπὶ γήραος οὐδῷ, cum vulgari ſermone miſceret gnaviter. Quid quæritis? Ratio, quâ viri longè omnium ſagaciſſimi adſertio nititur, plus quàm dupondia eſt, *ipſum facinus, quod edidit, mirificiſſimum & ſine dubio apud ſeros nepotes memorabile futurum.* Concurrite, concurrite omnes, hîc, hîc *diverſum genus*, hîc, hîc *Panthera confuſa Camelo!* Videbitis, quod nec vidiſtis unquam, nec viſuri eſtis in poſterum; ludos ſeculares qui curat, ſtultus eſt, cerritus. Ut cum *Homero* loqui poſſet *Menander*, ut tres modò voculas eáſque vulgares, non verſum integrum & Parœmiacum, ſibi ſumeret bonus, fecit, fecit, inquam, quod Comicorum nulli unquam in mentem venit; à ſenariis ad unicum Hexametrum tranſiit; ὁδῷ pro οὐδῷ uti non potuit; ἐπὶ γήρως ὁδῷ non ſimpliciter & ἁπλῶς accipere, pro *ſenectutis via*, *ſenectutis ſemita*, id eſt,

ſe-

ſenectute ipſa, ut hactenus exiſtimabam ego, ſi fortè alterum iſtud videretur duriuſculum; non, non; hæc, inquam, Palæphati ſunt incredibilia, & ἄπιστα; alia omnia ſentit orbis litterati Atlas. Virum nunc laudibus ad cœlum extollite, facinus præclarum, cujus ſimile non exſtitit umquam; quod ſtolidiſſimus ille *Clericus* capite luiſſet, unà cum Viri Incomparabilis judicio pluſquàm eximio, ſuſpicite: ſic Apollo, ſic Muſæ, vos diligant omnes!

Num. 178. Μηδὲν πέπονθας δεινὸν, ἂν μὴ προσποιῇ.
— Τί γὰρ πρὸς σε ἐστὶν —
Ἂν μήτε σαρκὸς &c.

Prior verſus, inquit Auctor Anonymus, *à pluribus Scriptoribus laudatur. Cetera Plutarchi videntur verba, non Menandri.* En ipſa verba Philoſophi Chæronenſis, — Καὶ οὐκ ἄχρηστόν ἐστι πρὸς ταῦτα μὲν ἔχειν ἀεὶ τὸ τοῦ Μενάνδρου πρόχειρον. Οὐδὲν πέπονθας δεινὸν, ἂν μὴ προσποιῇ· Τί γὰρ πρὸς σε ἐστὶν (φησὶν) ἂν μήτε σαρκὸς ἅπτηται μήτε ψυχῆς; ut ſcias cui tutò credere poſſis. Mox tamen addit, quaſi pœnitentiâ ductus, ſi ſint *Menandri*, ſic eum dediſſe forſitan,

— Τί γὰρ, πρὸς σ' ἐστὶν, ὦ 'νόητε σὺ,
Ἂν μήτε σαρκὸς, μήτε ψυχῆς ἅπτεται;
— *Quid enim ad te adtinet, ô ſtulte?*

Mutatione leviculâ. Nam voces aliquot ejicere, voces aliquot adſumere, quàm facilè eſt oppidò! In memoriam tibi revoca illud εἰ δέ τις ἔρχεται, quod ſupra habuimus, & hanc corrigendi regulam, quæ omnium facilè eſt ſaluberrima, tene. Putabam, voculis leviter trajectis, fors faciem priſtinam huic loco reſtitui poſſe, adeóque hæc ita ordinabam,

— — Πρός σ' ἐστὶν τί γὰρ,
Ἂν μήτε σαρκὸς, μήτε ψυχῆς ἅπτεται;

Sed ſententiam muto. Nam αὐτὸς ἔφα, alter iſte Pythagoras, τρίτον quid inter Deum & hominem.

Num. 180. Νόμοις ἕπεσθαι τοῖς ἐγχωρίοις καλόν.

Parum refert cum Auctore Anonymo legas,

Νόμοις ἕπεσθαι τοῖς ἐπιχωρίοις καλὸν,

an cùm Illuſtriſſimo *Grotio*,

Νόμοις ἕπεσθαι τοῖσιν ἐγχώροις καλόν.

Nam illud ἔγχωρος ſine dubio probum eſt, ubi & ὁμόχωρος, & πρόχωρος, & ſimilia habemus bene multa, quæ in ος terminantur, non in ιος.

Num. 181. Οὐχ ὅθεν ἀπωλλύμεθα, σωθείημεν ἄν;
An non unde pernicies nobis venit, veniſſet ſalus?

Auctor Anonymus hîc quod potuit, præſtitit: ſanavit verſum, ſententiam diſperdidit. Ain' tu Cl. *Clericum oculis luſcitioſis Ariſtophanem inſpexiſſe, ut verba obtorto collo, quò volebat, deflecteret, & interrogatione additâ ſententiam enecaſſe?* O quam lentis maxillis comedis? Quàm luſcitioſus es! quàm mucoſus! quàm perditè ineptus! Iſta interrogatio, mi homo, hîc planè eſt neceſſaria, ut Scholiaſtæ propoſito fiat ſatis, ne, ut tu facis, in frontem auctoris arietemus. Sed video, quid obfuit miſero. Obiter tantùm inſpexit antiqua ſcholia, ubi verba *Menandri* referuntur ad iſta *Ariſtophanis*, τοῖσι πάπποις τοῖς ἐμοῖς, cùm certò certiùs illis debuiſſent præfigi, Ἀλλ' ἀπ' ἐχθρῶν δὴ πολλὰ μανθάνουσιν οἱ σοφοὶ, quæ mox ſequuntur. Tantillum errorem animadvertere non potuit Senatus Litterarii Princeps, qui ipſa Comici verba neglexit, ſatis ſupérque ſibi proſpectum reputans, ſi modò *Clericum* batueret. Sed ô bone, hic ſanè iſta ferocia carò tibi redemta eſt; nam, quæſo! inſpicias nunc ipſum *Ariſtophanem*, inſpicias Suidam in v. Ἀπ' ἐχθρῶν πολλὰ μανθάνουσιν οἱ σοφοὶ, & poſtquàm iſta paullò diligentiùs examinaris, ad tuas te confer chartulas; ſi ſine rubore hæc ſplendida tunc legere potes, planè periiſti, actum eſt de tua ſalute.

Num. 184. *v.* 4. Καὶ γὰρ ἐποδύρεσθαί τι μὴ γελώμενον,
Καὶ συναγανακτοῦντά ποτ' ἂν οἰκείως ὁρᾶν
Ἕκαστον αὐτὸν τῶν παρόντων, παύεται
Τοῦτον μάλιστα τὸν χρόνον τοῦ δυσφορεῖν.
Etenim dolenter queri ob quidpiam, ſine ludibrio,
Et unà indignantem familiariter videre
Quemque ipſum præſentem, facit ut deſinamus,
Hoc præſertim tempore, ægrè ferre.

Quam-

Quamquam rejiculum non ſit, quod apud *Stobæum* exſtat, elegantius tamen, ita ſim felix! Cl. *Clericus*; nam ſic oratio molliùs fluit, & ipſa ſententia egregiè ſibi conſtat. Duriuſculum eſt, ſi rite attendas, illud ἕκαστος αὐτῶν, & marcidum. Quæ de particula ἂν Auctor Anonymus narrat & voce παύεται, ſunt gerræ Siculæ: in Verſione Viri Cl. nulla ſtribligo, nullus ſolœciſmus. Pro αὐτὸν, vel, ut *Stobæus* habet, αὐτῶν, ſi hæc tibi adlubeſcant, fors tamen rectiùs legeretur αὐτῷ. Συναγανακτοῦντα αὐτῷ, *una ſecum indignantem.*

Num. 195. Εἶτ' οὐ δικαίως &c.

Videamus, quid in hac longiuſcula χρήσει, Auctor Anonymus, cum ſuo acumine, præſtiterit. Verſum ſecundum ita conſtituit noſter & explicat,

> Καὶ γίνετ' αὐτῷ λαμπὰς, ἄλλο δ' οὐδὲν
> Ἀγαθόν;
> *Et lampas tantùm, nihil aliud boni,*
> *Ei ſacratur?*

An rectiùs, quàm *Grotius* ὁ θαυμάσιος, ſummopere dubito; nam præter lampada Prometheo ſacrata fuit ara, ut verbis diſertis teſtatur *Pauſanias* loco, quem Eruditiſſimus *Meurſius* adducit in *Græcia Feriata*; illic autem ſine dubio ἀγαθόν τι ei oblatum. Dein in conjectura *Grotiana* elegans eſt illud λαμπὰς, quo ad ferulam Promethei alludit Comicus. Nihil notius. Tum ipſa vox ἀγαθὸν, quamquam non ita incommodè de ſacrificio accipi poteſt, aliquid tamen, ſi paullò ſis perſpicacior, in ſe occluſum habet, quod ad ipſa Promethei facta & beneficia humano generi præſtita referri debeat. Eruditiores videant. Nos hæc raptim ſcribimus & currentes. Si vera ſit *Grotii* conjectura, mox particulam γὰρ providè addidit ὁ πάνυ. Verſu quinto γυναῖκ' ἔπλασεν Auctor Anonymus dedit; quo nihil infelicius. Nam & ἔπλασεν altius eſt quàm ἔπλασεν, quod in ore vulgi, & τὸ γυναῖκ', ſi verba ſequentia cùm his conjungas, *Menandrum* pulchrè deridendum præbet. Sic enim bonus ille ἔθνος μιαρὸν mulierculam vocat unam & ſolam, quod ipſe cothurnus vix admiſerit, nedum Comœdia & ſoccus. Rectiùs longè vir magnus. Jam verſum 7. ita exhibet,

> Λάθελοι τὸ λοιπὸν γὰρ ἐπιθυμίαις, Λάχης,

 eadem

eadem dexteritate, quâ ſolet. Nam & Λάχης, ut ſupra Δημόσθενες, hîc perperam ingeſtum, ubi amicum compellandi longè opportunior erat occaſio, & ipſa ſententia laxa eſt, & hiulca. Poſt γαμεῖ *Grotius* eleganter μάλ' ἄθλιος, quod ſi adſciſcas, ſententia animatur, ſi petulanter reſpuas, flacceſcit unà cum particula γάρ. Facillima autem viri perſpicaciſſimi emendatio & longè acutior, quàm iſta Auctoris Anonymi; nam λάθριοι, pro ἄθλιος, error eſt properantis calami, *lambda* autem præfixum unà cum ipſo verſu μα omiſſum eſſe clamitat. De ἐπιθυμίαις, pro αἰ 'πιθυμίαις, non opus, ut lectorem vel verbo admoneam, cùm αι & ε in MSS. confundantur millies; quare riſum debet noſter Thraſonides, cùm hic acutius quid excogitare voluit. Verſum octavum commodiùs ita ordinat homo,

Γαμηλίῳ λέχει δ' ὁ μοιχὸς ἐντρυφῶν,

Quid mirum? ad Triarios res redierat, id eſt, ad militis glorioſi digitos, qui numerando ferè ſunt adtriti: pro λέχει δ' interim mihi allubeſcit magis λέχει τε, quia mox cum præſtantiſſimo *Grotio* lego εἶτα δ' ἐπιβουλαὶ, quæ à Critico noſtro dupondio inducta eſſe, *ne oratio per ſenarium clauderetur*, quis ſine cachinno legere poſſit? Dic, ſodes, unde didiciſti *Lucianum* hanc χρῆσιν dediſſe integram? An Dialogos mortuorum lectitanti id in aures tibi inſuſurravit ſuaviſſimus ille Crates? Sic puto. Sed in ipſo principio, ô bone, quædam omiſſa ſunt, cur non pariliter in fine? Oh! Cratetem denuo conſulas, rogo; fors ſibilus defuncti tenuiſſimus non ſatis à te perceptus. Et quid ſi tamen locus in fine ſit integer, an *verba poſtrema cum cauda protrahere* flagitium eſt ita enorme, ut propterea duas voces interimere ſit neceſſe? Mehercle! ineptis, & jam ineptiarum tædet. Buccam tamen inflas, & pro tua jactantia ſcribere audes: *locum hunc ex Luciano petitum non ex Grotii emendatione, qui in omnibus hîc erravit, ſed ex noſtra edidimus.* Scilicet, verum eſt, quod alicubi de *Clerico* notas, quo jure alii videant, *qui magna promittunt, non ſemper magna præſtant*.

Num. 196.

Ha, ha, he! ha, ha, he! Quid rides? ais. Quid? nihil ſentio, ſtipes ſum, papaver, fungus. Tam ſubita unde mutatio? rogas? iſta, iſta,

*Αἱ

> Ἂν τέτταρας δ᾽ ἢ πέντε γεγαμηκὼς τύχῃ,
> Καταστροφή τις, ἀνυμφίαιος, ἄθλιος,
> Ἄνυμφος οὗτος ἐπικαλεῖτ᾽ ἐν τοῖς ἐκεῖ.

adſcripto punctulo diu ita legi,

> Ἂν τέτταρας δ᾽ ἢ πέντε γεγαμηκὼς τύχῃ,
> Καταστροφή τις; ἀνυμφίαιος, ἄθλιος,
> Ἄνυμφος οὗτος ἐπικαλεῖτ᾽ ἐν τοῖς ἐκεῖ.
> *Si verò quatuor vel quinque modò duxerit uxores,*
> *Quis exitus? Sine conjugio, miſer,*
> *Cælebs vocatur apud illos hicce.*

Veriſſimè, ut ego exiſtimabam; nam ipſa interrogatio accommoda & vox καταστροφὴ elegans, ubi *Menander* de matrimonio quater, quinquies repetito loquitur; & καταστροφή, ut ipſi balbutientes ſciunt, *Dramatis* dicitur *exitus*, cui locus in actu quinto; nam, præter vulgatam vocis σημασίαν, ſic elegans hîc alluſio è Scena deſumta: hæc, inquam, mihi placuerunt olim, hæc mihi etiamnum ita placent, ut in Auctoris Anonymi ſententiam diſcedere nec poſſim, nec velim. Quid autem ille? Poſt exploſas *Grotii* & *Salmaſii* conjecturas ſic infit, proh dolor! *repudiatis igitur his, quæ neque cœlum neque terram tangunt, ſed ad vulgatam dumtaxat ſcripturam ſerviliter, & ſine ſenſu appropinquant; ecce tibi emendationem, præfiſcine dixerim, adeò claram & certam, & ex ipſa ſententia natam,*

> *Ut contra ſi quis cenſeat, nihil ſentiat.*

Lege igitur,

> Ἀναφρόδιτος, ἀνυμφίαιος, ἄθλιος,

Quæ ſi rite perpendas, nonne verum eſt, quod de mentis inopia tibi dixi? Nonne πρεπόντως, & decorè in cachinnos erumpo, ubi mihi, qui nihil ſentio, id nunc relictum eſt ſolum? Idne invideas, precor, miſero. Facinus longè *mirificiſſimum*, ais, hominem abſque Circæo potu ita ſenſibus exuere. Fateor, & hoc ſanè longe *mirificius*, quam iſtud *Clerici*, de quo Auctor Anonymus hîc loquitur ita *mirificè*; nam id ego profectò, quanquam nihil ſentio, Typothetæ, cujus officina eſt prodigiorum matrix, non *Clerico* imputandum eſſe ſcio. Quid enim? An ille, qui in

notis profitetur ſe ad mentem *Salmaſii* hæc formaſſe, verſiculum quartum ita dare potuit ipſe,

Ἐσμὲν γαμεῖ γὰρ ἡμῶν οὐδὲ εἷς, εἰ μὴ δέχ᾽, ἢ

ubi vir magnus, quem ſequitur, disjungenda rectè ſeparat? Nugæ, nugæ.

Num. 200. Λυσάμενοι εἰ λογάρια δειπνοῦμεν, μικροὺς
Οὐκ ἂν τιθείην συμβολὰς ἀκροώμενος.

Hæc ex *Athenæo* ita concinnavit *Grotius*, ſed perperam; nam verſus prior non eſt verſus, ſed ſermo Cynulci apud *Athenæum*, negatio autem addita ſententiam enecat. Confer *Athenæum Lib. VI. p.* 270. & locum integrum perlege, ſic videbis tuâ ſponte veriſſimum eſſe, quod dico. Nos hæc ſingillatim excutere non poſſumus. Ceterùm Auctori Anonymo, qui hæc aliter conſtituit, volens libénſque ignoſco, ubi ipſa *Athenæi* verba non habebat in numerato.

Num. 201. Εἰ γὰρ ἐγχέοι, σὺ Τρόφιμε, &c.

Verſ. 3. pro διαδυτυχῶν malo διαδυτυχεῖν: poſtrema Auctor Anonymus viriliter emendat; quanquam verſ. 17. *Grotius* & *Xylander* non malè. Editiones autem vulgatæ verſ. 18. rectè ita exhibent,

Ὡς τἀναμέσον που κᾀγ τὸ λοιπὸν δὴ φέρε.

Sed his leviculis immorari non lubet, Auctor Anonymus illis inhiet, homini hîc lampada trado.

Num. 211. Ὦ νύξ; σὺ γὰρ δὴ πλεῖστον Ἀφροδίτης ἔχεις.

Ita *Grotius* eleganter, quanquam paullò audaciùs. *Heinſii* conjectura diſplicet,

Ὦ νύξ, σέο γὰρ δεῖ πλεῖστον Ἀφροδίτη.

Quia Ionicum illud σέο Scenam Atticam intrare non poteſt; fors alii feliciùs.

Num. 214. Εἰς τἀκάθαρτα λοιμὸς ἐσοικίζεται.
In ſqualidis locis peſtis habitat.

Ita *Grotius* ὁ θαυμάσιος: ſed rectè Cl. *Clericus: non minùs commodus eſt ſenſus* εἰς τὰ καθαρὰ λιμὸς εἰσοικίζεται, in nimis purgatas ædes ingredi famem, *ubi ne focus immundus fiat*, *ni-*

nihil coquitur. Quæ Auctor Anonymus hîc notat, eodem recidunt, ὡς autem, quod de ſuo addidit, non indigemus: verſus eſt ἀκέφαλος, ut ſunt multi in his reliquiis,

— εἰς τὰ καθαρὰ λιμὸς εἰσοικίζεται.

Num. 215. Ἐγὼ ἀνόητος, εὐτελὴς ὑπερβολῇ,
Ὁ δ' ἄσωτός ἐςι πολυτελὴς, θρασὺς σφόδρα.

Hæc rectè ita copulavit *Grotius*, quæ ſi vulgatas editiones *Suidæ*, & ipſam noviſſimam conſulas, partim *Menandro*, partim tribuuntur *Suidæ*. In verſu tamen priori, malim, ἔγωγ' ἀνόητος.

Num. 216. — — ἀνδρῶν σοφῶν
Γάρ ἐςι τἀναγκαῖα &c.

Auctor Anonymus *Grotium* hic meritò reprehendit. Verſus haud dubiè ſunt Trochaïci, ut ipſe ſubodoratus ſum diu. Pro λανθάνειν non opus, ut λανθάνει reponas: ſed & verba antecedentia, aut egregiè fallor, aut ejuſdem ſunt *Menandri*. Ecce locum integrum, ut jam dudum à nobis conſtitutus eſt: Τιμιωτέρα φανῇ] σοφωτέρα, ὡς φίλοις θαῤῥοῦσα τὴν συμφορὰν, καὶ μὴ κρυπτῷ πάθει πολιορκουμένη. κατὰ γὰρ Μένανδρον

— — Σοφῶν
Ἀνδρῶν (ἐςι) τὸ τοῖς φίλοις λέγειν τἀναγκαῖα.

ἐφ' οἷς φησι,

— — λανθάνειν τὰ πράγματα
Τοὺς λέγειν ἡμῶν ὀκνοῦντας τὰς ἀληθείας ἀεὶ
Τοῖς ἀναγκαίοις.

Ἐςι, quod duabus virgulis incluſum, ipſius eſt Scholiaſtæ: ἐφ' οἷς φησι, *poſt quæ dicit*, denotat; ſcilicet, hæc deſumta erant ex eodem Comici loco, ſed ſequebantur paullò pòſt.

Num. 225. Ὅμως δὲ τῷ τίκτειν παρεγένεθ' ἡ κόρη.

Hæc deſumta ſunt ex *Apollonii* Scholiaſta. Verſus ſimilis eſt apud *Harpocrationem* in v. ὅμως.

Ἤδη γὰρ ἐςὶ τοῦ τίκτειν ὁμοῦ. —

Quem Eruditiſſimus *Valeſius* perperam cum altero miſcet; nam

nam nimia inter utrumque eſt differitas. Alius ſit & ex alio loco petitus. Pro τίκτειν, in illo *Harpocrationis* ſcribendum eſt τεκεῖν, ne verſui ſenario vis atrociſſima fiat. Illud ὁμοῦ eo ſenſu in ore Atticorum hominum frequens. *Suidas* in voce, ex noſtro quoque in medium profert iſta, ἔςι δ' ὁμοῦ τὸ χρῆμα, quæ, ſi bene memini, Cl. *Clericus* non recenſuit.

Num. 223. Οὐδὲν γὰρ οὕτως ἡδὺ ἀνθρώποις ἔφυ,
Ὡς τὸ λαλίειν τἀλλότρια.

Hæc parum dextrè ex illis *Nazianzeni*, οὐδὲν γὰρ κατὰ Μένανδρον οὕτως ἡδὺ ἀνθρώποις, ὡς τὸ λαλεῖν τἀλλότρια, ita exaſciavit *Grotius*. Longè rectiùs Auctor Anonymus, qui *Gregorium* ſententiam *Menandri* ſuis putat expreſſiſſe verbis: ſit ita, per me licet; ſin minùs, non iſtum ſenarium, quem ille producit, ſed potiùs hunc *Trochaicum* inde extundam,

Οὐδὲν οὕτως ἡδὺ γ' ἄνθρωπ', ὡς τὸ λαλεῖν τἀλλότρια.

Et hoc verum fortaſſe. Ἄνθρωπ' pro ἀνθρώπῳ.

Num. 230. — — — αι
Κυίσκυσαι ἐπικαλεῖσθε μὲν τὴν Ἄρτεμιν
Ἀξιοῦσθαι συγγνώμης [ἀπό γε Θεᾶς] ὅτι
Διηκορήθητε.

Verum eſt, iſta, quæ Scholiaſtes *Theocriti* habet, fruſtra ad verſus ſenarios Cl. *Clericus* reducere voluit; ſed nonne ſuavis eſt Auctor Anonymus, qui *Menandro* hæc *falsò adſcribi* putat; ubi rogatus, cur ita ſentiat, cum malæ fidei poſſeſſore, reſpondere coactus foret, *quia ita ſentio*? Nam quod de metro ejúſque jactura garrit, non eſt unius aſſis. Sine dubio ſunt verba chori, in his nec verſûs Iambici, nec Trochaïci veſtigia ſunt ulla, ut luce meridiana clarius eſt: at propterea adfirmare, quod garrulus ille effutiit gratis, vix eſt hominis ſobrii. Quomodo in ordinem redigenda ſint, nunc definire nolim, propter metri diverſitatem in his choricis vegrandem. Videndum, an in *Ariſtophanis*, *Pindari*, aut Tragicorum Antiſtrophicis metrum non occurrat ſimile, quod, in præſenti, temporis anguſtiæ prohibent quominùs facere poſſim.

Num. 232. — — Μηδὲ βελόνης,
Ὦ φίλ-

Ὦ φίλταθ', ἐπιθύμησον &c.
Μὴ λαμπρὸς ἂν ταῖς χλαμύσιν, ὡς τῇ καρδίᾳ.

Ita *Clemens*, ſed longè elegantius eſt, quod apud *Euſebium* proſtat, καὶ λαμπρὸς, ὡς ταῖς χλαινίσι, τῇ καρδίᾳ, quo nihil ſuavius, & ad morem priſcum, mehercle! accommodatius. Verſu octavo iſtud *Grotianum* πόῤῥω φύγῃς mihi non ita adridet. Fors locus integer, ſervatâ lectione *Euſebianâ*, ita leviter interpolandus eſt,

— — — Μηδὲ βελόνης;
Ὦ φίλταθ', ἐπιθύμησον ἀλλοτρίας ποτέ,
Ὁ γὰρ θεὸς γ' ἔργοις δικαίοις ἥδεται,
Ἀδίκοισιν οὔ, πονοῦντα δὲ γ' ἐᾷ τὸν ἴδιον
Ὑψοῦν βίον, τὴν γῆν ἀροῦντα νύκτα καὶ
Τὴν ἡμέραν· θεῷ δὲ θῦε διὰ τέλους
Δίκαιος ὢν, καὶ λαμπρὸς, ὡς ταῖς χλαινίσι,
Τῇ καρδίᾳ· βροντῆς ἀκούσας, μὴ φύγῃς,
Μηδὲν συνειδὼς αὐτὸς αὑτῷ, δέσποτα.

Num. 235. — — εἰ μὲν δή τινα
Πόρον ἔχεις, εἰ δὲ μὴ, νενόηκ' ἐγώ.

Verſus poſterior claudicat , cui incommodo ut Auctor Anonymus ſuccurrat, ad ſacram ſuam anchoram confugit, & perſonâ additâ reponit:

— — εἰ μὲν δή τινα,
Σίμων, πόρον ἔχεις· εἰ δὲ μὴ, νενόηκ' ἐγώ.

Sed nunc nihil nobis intercedit negotii cùm illo adſcititio Simone; ſi ſapis, trajectâ voculâ ſcribe:

— — Εἰ μὲν δή τινα
Ἔχεις πόρον, εἰ δὲ μὴ, νενόηκ' ἐγώ. —

Quod utique facilius.

Num. 237. — Μέμψομαί σε τοῦθ' ὅτι
Χρηστά με λέγονθ' ἃ οὐκ ἐποίησεν προσδοκᾷς.

Acutè Cl. *Clericus* λέγονθ' ἃ repoſuit pro λέγοντα, ut vulgò legitur apud *Priſcianum* : unicâ litterulâ additâ legas

— Μέμ-

— Μέμφομαι σοι τοῦθ', ὅτι
Χρηστά με λέγοντ', ἃ γ' οὐκ ἐποίησεν, προσδοκᾷς.

Auctorem Anonymum non moror, hominem novi.

Num. 244. Εἰς ἀπρεπὲς, τὸ δὲ τάχος εἰς ὄκνον πολύν.

Non opus eſt, ut cum Auctore Anonymo legas εἰς τἀπρεπές; nam & verſus ſibi conſtat & articulo non indigemus, ubi mox ſequitur abſque articulo εἰς ὄκνον πολύν. Odi nimiùm diligentes.

Num. 248. Καιρῷ τὸ εὐτυχοῦντα κολακεύειν φίλον
Καιροῦ. &c.

Facilius eſt quod Eruditiſſimo *Heinſio* placuit,

Ὁ καιρῷ εὐτυχοῦντα κολακεύων φίλον,

Nam vulgò legitur ὁ εὐτυχοῦντα καιρῷ. Senſus non eſt diſpar.

Num. 254. Δούλῳ γενομένῳ, δοῦλε, δουλεύειν φοβοῦ,
O ſerve, verearis ſervire ei, qui ſervus fuit.

Ita & *Heinſius* Pater & *Grotius* pro δουλογενεῖ δὲ, δοῦλε, δουλεύειν, quod habebat Codex manu exaratus. Longè elegantiùs, mehercle! quàm naſutus ille, cui placebat oppidò

Δουληγενεῖ δὲ, δοῦλε, δουλεύειν φοβοῦ.

Nam illud δουληγενεῖ, & cum ſocco diſconvenit, & ipſam ſententiam peſſimè coarctat; cùm omnes ſervi non fuerint olim ſervi nati, ſed longè plurimi facti ſint. Nihil notius. *Menander* autem in genere monet, ne quis ſerviat ei, qui ſervitutem ſervierat ipſe. Ad hæc facilis eſt iſta mutatio & acuta; nam pro δούλῳ γενομένῳ antiquitus ſcriptum compendiosè δούλῳ γενῷ, quod ab imperito quodam mutatum in δουλογενεῖ, unde póſtea enatum fuit δουληγενεῖ δέ. Sic peccatum millies.

Num. 259. *v.* 2. Ψυχῆς γὰρ οὗτος μόνος ἔχει ἰάματα.

Ob verſum hiantem Auctor Anonymus ſcribendum ἔχει τὰ ἰάματα; ſed id quidem non neceſſe eſt ut fiat. Dicam ſe-

ſemel ; multa, quæ ſuaviculus noſter de concurſu vocalium narrat aut diphthongorum, falſa ſunt & nimis coacta; Nam Antiquis id ſanè non ita religioſè ſemper obſervatum. Qui Poëtas lectitant , hoc verum eſſe ipſo experimento ſcient.

Num. 261. Ἄνθρωπος ἂν μηδέ ποτε τὴν ἀλυπίαν
Αἰτοῦ παρὰ θεοῦ, ἀλλὰ μακροθυμίαν.
Ὅταν γὰρ ἄλυπος διὰ τέλους εἶναι θέλῃς
Ἢ δεῖ θεόν σε εἶναι, ἢ τάχα δὴ νεκρόν.

In bis plura, inquit Auctor Anonymus, *adverſùs metrum peccant, quæ miror Grotium præteriiſſe.* Spectate Viri Clariſſimi ſolertiam; verſu tertio, illud γὰρ ἄλυπος διὰ naſuto diſplicet, *Anapæſtus* cum Dactylo, ubi & *Num.* 219. & alias ſæpiùs in his ipſis fragmentis eodem modulo incedit Iambus. Verſu autem ſecundo θεοῦ ἀλλὰ molliſſimas iterum hominis ſuaviculi offendit aures; ut & verſu quarto εἶναι ἢ: cùm prior ille hiatus revera non ſit deformis, poſterior autem verſui planè neceſſarius , ut ultima in εἶναι corripi poſſit. Quid familiarius? Ohe! inaniarum tædet, & anxia illa ac ſcrupuloſa hominis futiliſſima diligentia mihi nauſeam creat: tu additâ unicâ litterulâ legas, ut hinc memetipſum quantocyus proripiam,

Ἄνθρωπος ἂν μηδέ ποτε τὴν ἀλυπίαν
Αἰτοῦ παρὰ θεοῦ, ἀλλὰ μακροθυμίαν·
Ὅταν γὰρ ἄλυπος διὰ τέλους εἶναι θέλῃς,
Ἢ δεῖ θεόν σε γ' εἶναι, ἢ τάχα δὴ νεκρόν.

σε εἶναι reverâ deformiter hiat , & carminis non tolerent gratiæ.

Num. 262. Ὁ λοιδορῶν τὸν πατέρα, δυσφημεῖ λόγῳ,
Τὴν εἰς τὸ θεῖον καὶ μελετᾷ βλασφημίαν.

Ita legas cum elegantiſſimo *Heinſio* , an cum Auctore Anonymo

Ὁ λοιδορῶν τὸν πατέρα δυσφήμῳ λόγῳ
Τὴν εἰς τὸ θεῖον ἐκμελετᾷ βλασφημίαν.

parum refert, vel potiùs nihil; nam quid in eo rotundius, quid elegantius, juxta cum ignariſſimis ſcio : Auctorem Anonymum eſſe φίλαυτον, id novi.

Num.

Num. 266. — — ποτήριον,
Τρέπεζαν, ἀρπάγλω, καὶ δεύτερον κάδον.

Particulam copulantem malè quidem interſerit *Clericus*, ſed pejus adhuc & longè periculoſiùs integram vocem δεύτερον, Auctor Anonymus eliminat foràs; nam iſta quidem vis eſt, cui interdicto ſuo proſpiciat Prætor. Quid ſi legamus,

— — — ποτηρίον,
Τρέπεζαν, ἀρπάγλω, νεώτερον κάδον;

Num. 268. — Οὐχ ὅτος ἱππόκαμπος ἐν αἰθέρι;
Hæc ita erant ordinanda,

Οὐχ ὅτος ἱππόκαμπος ἐν αἰθέρι; —

ut verſus ſenarii ſit pars prima: & ita in conjectaneis ad Varronem Illuſtriſſimus *Scaliger*, cui hæc verba vitam debent & animam; nam apud *Nonium* ſic propudioſè exſtabant olim: *Vebutos Hippocampos in æternæ.* Apage, apage illud ἐςὶ, quod nulla de cauſa Auctor Anonymus è ciſtula ſua depromſit.

Num. 273. Τηρῶ τὸν Δία, τὸν Αἰγίοχον.

Malè *Iſaacus Voſſius.*

— — Τηρῶ τὸν Δία
Ὕοντα πόλλω.

Nam id longè eſt ſupra Comœdiæ vires, & Dithyrambicum quid. Legendum procul omni dubio,

Τηρῶ τὸν ἥλιον τὰ τ᾽ ἄςρα. —

Ut habent quædam Editiones *Nonii* Antiquæ; nam illud Virgilianum

Hoc metuens cœli menſes & ſidera ſerva,

huic *Menandreo* ſimile & gemellum. Ipſe *Nonius*, poſt adducta verba *Maronis*, *quod eſt Menandri*, ut mirer Viros Eruditos, qui iſtam ſcripturam oculis uſurparunt, de ejus ſinceritate dubitaſſe vel tantillùm.

Num.

Num. 274. Μαρτύρομαι τὸν Ἀπόλλω τοῦτον καὶ τὰς θύρας.

Laborat verſus. Articulum ejice, quem mortalium peſſimi de ſuo adjecerunt liberaliter, & ita lege,

Μαρτύρομ' Ἀπόλλω τουτονὶ καὶ τὰς θύρας.

Sic Iambus rotundiſſimus exit. Quæ de vocula καὶ Auctor Anonymus garrit, non ſunt unius aſſis; *Suidas* enim hæc verba *Menandri* non adducit, ut uſum iſtius particulæ hiſce illuſtret, ſed id probet, quod paullò antè dixerat de jurisjurandi formula quotidiana, οἱ ἀρχαῖοι οὐ περὶ πάντας κατὰ τῶν θεῶν ὤμνυον, ἀλλὰ κατὰ τῶν προστυγχανόντων· ὡς καὶ Μένανδρος. Quod naſutus ille non potuit olfacere, cùm nihil reverâ ſit apertius. Si ad ipſum loquendi modum reſpiceret *Suidas*, non tantùm illud ναὶ, ſed & vocula μὰ in hac ῥήσει debuiſſet comparere; nam, quod callidè reticet Auctor Anonymus, ut ſuas ineptias coloraret, non in voce ναὶ hæc verba adducuntur, ſed in ναὶ μὰ τὸ, quod caput eſt & initium articuli; cui proinde exempla ſubjecta debuiſſent reſpondere, ſi nunc Grammaticum ageret *Suidas*, non ritùm & Antiquorum in Diis advocandis enuclearet morem. Nihil eſt indubitatius. Quo poſito, ne ridiculus videatur *Suidas*, qui hæc verba *Menandri* inter quotidianas retulit jurisjurandi formulas; rogo per Ἀπόλλω hîc intelligas non Deum Arcitenentem, ſed columellam parvulam, quæ in honorem *Apollinis* Ἀγυιέως vulgò erecta erat ante *fores*, quarum hîc unà opportunè fit mentio, Ἀπόλλω καὶ τὰς θύρας; ſcilicet, qui hîc jurat, ſtabat ante fores in platea publica, vel ædium veſtibulo, & τὰ προστυγχάνοντα invocat. Quid opportunius? Vide *Harpocrationem* in v. Ἀγυιᾶς, ne tangam ea, quæ in hac litterarum luce ipſi balbutientes ſciunt.

Num. 276. Οἶδ' ὅτι ποίησον —

Auctor Anonymus: *inepta hæc ſcriptura eſt, & ne Græca quidem. Vera lectio eſt*, οἶσθ' ὅτι ποίησον, *ſcio quid facies.* Ain' verò? Sed quid? Οἶσθ' ὅτι ποίησον, rectène explicas, *ſcio quid facies*? Mirum. Ipſa locutio, dic ſeriò, an non eſt Græca? Sed ſic mihi explices, rogo, cur non eodem jure dicere liceat: Οἶδ' ὅτι ποίησον, quo οἶσθ' ὅτι ποίησον, ubi & Scholiaſtes *Euripidis* & *Suidas* adfirmant ὅτι ποίησον hîc idem eſſe, quod ὅτι ποιήσεις; nam id nullâ ego adſequi poſſum conjecturâ; tu Oedipus es.

Num. 283. Ὁρᾷς, ἀκαρὴς παραπόλωλας ἀργίας.

Non malè Auctor Anonymus ὁρᾷς ἐν ἀκαρεῖ. Nam ſecunda in ἀκαρὴς revera corripitur. Sed ſic tamen malim,

Ὁρᾷς ἂν, ἀκαρὴς παραπόλωλας αὐγίας.

Quod utique facilius.

Num. 239. — — δεῖ γὰρ ἢ
Πλυτεῖν ὅπως με μάρτυρας πολλοὺς ἔχειν
Τοὺς ὁρῶντας.

An Cl. *Clericus*, cùm pro ὅπως μὴ repoſuit ὅπως με, *ſententiam planè invertit*, ut Auctor Anonymus narrat, ignoro; nam *Scholiaſtes* Heſiodi, dum hæc ſcribo, fortè fortunâ non eſt ad manum. Illud ἢ πλυτεῖν, ne quid diffitear, mihi non adridet magis, quam ipſa ſententia, cui Auctor Anonymus patrocinium præſtat: rectiùs, mehercle! procedit, ſi *Clericum* ſequamur *. Sed nihil calidius, abſque libris vix fari poſſumus.

* Eſt in Scholiaſte μ' ἢ ſine ſenſu in Henſiana Ed. in Veneta μὴ non meliore.

PHILEMONIS RELIQUIÆ.

Α Γ Ρ Ο Ι Κ Ο Σ. *Pag.* 290.

Οἴει τι τῶν ἄλλων διαφέρειν θηρίων;
Διαφέρει ὐδὲ μικρὸν, ἀλλὰ σχήματι.

Verſum ſecundum ita ſupplevit *Grotius* ὁ πάνυ; nam τὸ διαφέρει, apud *Stobenſem*, fruſtra quæras. Parum concinnè, ut quod res eſt, dicam. Id enim, quod τῶ θηρίων opponitur, hîc apertè deſideratur. Non meliùs Auctor Anonymus, qui ubicunque aliquid intercidit, ſtatim cum ſuo Simone, vel Smicrina adeſt; lego:

Οἴει τι τῶν ἄλλων διαφέρειν θηρίων
Ἄνθρωπον; ὐδὲ μικρὸν, ἀλλὰ σχήματι.

Sic

Sic ſenſus eſt rotundiſſimus & ſingula belliſſimè cohærent. Fors ανον, quod pro ἀνθρώπον dederunt olim Amanuenſes, à ſciolo neglectum fuit & omiſſum, quia id miſer non intelligebat.

ΑΠΟΚΑΡΤΕΡΩΝ. *Pag.* 292.

Ἡμῶν, ὅταν γίγνωντ' ἂν εὐθὺς καὶ τύχη,

Ita legas cum Eruditiſſimo *Grotio*, an cum Thraſonide noſtro

Ἡμῶν, ὅταν γιγνώμεθ', εὐθὺς χ' ἡ τύχη,

ciccum non interduim. Nam quod ille blaterat de repetita particula ἂν, cachinnos meretur & ciconiam, quam huic naſuto certatim pingant balbutientes; ipſum, ipſum illud ἂν centies in eadem clauſula repetitum. *Barneſium* conſulas, in Indice Euripideo; exempla illic reperies longè plurima, ut jam monuimus ſuprà. Hîc autem iſta particula non bis ingeritur, ſed ὅταν ἂν, quod adhuc minùs eſt inſolitum. Verſu ſecundo πρώην, cùm Auctore Anonymo lego, non ob verſum, ut narrat homo, ſed ipſam ſententiam.

ΑΠΟΛΙΣ. *Pag.* 294.

Αὐτοῖς ἀπέχοντες πολὺν ἀπ' ἀλλήλων χρόνον.

Cur hunc verſum unguibus ſuis ſceleratis non contaminavit Anonymus ille; nam hîc quoque *Anapæſtum* habemus cum dactylo in ſecunda, & tertia carminis ſede?

ΒΑΒΥΛΩΝΙΟΣ. *Pag.* 296.

Βασίλισσαν Βαβυλῶνος, ἂν οὕτω τύχη,
Τὴν Πυθιονίκην οἶσθα καὶ τὸν Ἅρπαλον.
Reginam Babylonis, ſi ita fors ferat,
Pythionicam noſti & Harpalum.

Legendum cum Auctore Anonymo in gratiam verſûs,

> Βασίλιος᾽ ἔση Βαβυλῶνος, ἂν ὕτω τύχῃ,

Ipſam ſententiam veriſſimè ita expreſſit *Clericus: Pythionica meretrix Attica, quam Babylonem vocaverat Harpalus, antequàm à rege deficeret. Vide Athenæum loco laudato. Eam comicè reginum Babylonis vocat.* Sunt ipſa verba Viri Cl., quæ ideo deſcripſi, ut ſic omnes & ſinguli ſciant, quâ fronte Sycophantarum Primipilus, cui nec pudor eſt, nec humanitatis mica, chartæ virulentæ hæc ſquallida allinere auſit: *Quid? Ut verſum ei claudicantem condonemus, an Pythionica ſcortum regina erat Babylonis? Nugæ, nugæ.* Dî boni! iſthæc flagitia tolerari in Republica Litteraria!

Δ Ε Λ Φ Ο Ι. *Pag.* 296.

> Στῆσαι πελάμδμον τὰς γυναῖκας κτ᾽ τόπυς.

Ita *Grotius*, ob verſum, pro πελάμδμον τι, ut vulgò eſt apud *Athenæum*. Sed rectè Editio Aldina πελάμδμον τοι. Ineptus eſt Auctor Anonymus, & plus quàm ineptus, cùm *Grotianum* iſtud faſtidiosè adſpernatur, quia *articulus hîc non convenit.* Qui nugas nugaciſſimas quærunt, hunc adeant nugarum promicondum. Verſus 12. mutilus eſt, & malè præterea adfectus. Si ſuaviculum noſtrum exaudias, ita legendum eſt procul omni dubio,

> Οὐκ εὖ σεαυτῦ τυγχάνεις ἔχων; ἔχεις
> Ἐσυκότως πως; ἡ θύρα ῾ς᾽ ἀνεωγμδμόη.

Perbellè, ſi cui inepta placent, & Tautologa; nam ſic bis idem dicitur, & ſententiæ graviſſima imponitur ſarcina, cui ſuſtentandæ vix, ac ne vix ſufficit. Illud enim οὐκ εὖ σεαυτῦ τυγχάνεις ἔχων non aliò pertinet, & ipſe Auctor Anonymus veriſſimè ita explicat, *an non bene te habes? An tentigo tibi moleſta eſt?* Ad hæc in eo peccat homo luſcitioſus, quòd ſic *Philemoni* invito, & reluctanti verba obtrudat prætextata, quæ hîc nullibi comparent, & à quibus Comicum nunc ſedulò abſtinuiſſe, luce meridianâ clariùs probat locutio ſimilis, οὐκ εὖ σεαυτῦ τυγχάνεις ἔχων: id non ſenſiſſe eum, qui paullò ante ita oculis valebat,

bat, ut ſolus inter omnes eruditos perſpiceret *Grotium*, τὰς γυναῖκας emendaſſe perperam, proh Deum hominúmque fidem! quis credat? Sed hæc Herculis Myiagetæ eſt infelicitas: tricas capit, non ea, quæ ſunt alicujus momenti. Ipſam conjecturam audaculam eſſe, & violentam, quid nunc dicere adtinet? Tu legas mutatione leviculâ,

Οὐκ εὖ σεαυτῷ τυγχάνεις ἔχων; ἔχεις
Πῶς ἡ θύρ' ἔσ' αἰεὶ 'νεωγμένη. —
— — *babes*
Quo januam ſemper tibi aperias.

Ut in verſu ſecundo, ita, & hîc pes unus intercidit. Si μὰ τὸν, addideris vel τάχα, ſenarius eſt integer, ni forſan legendum ſit,

Πως ἡ θύρ' ἔσ' αἰεὶ 'νεωγμένη μέση.

Nam id elegans ſit ac facetum. *Media janua*, ſcis quid velim: ſenſus eſt ſubturpiculus, ipſa dictio honeſta, ut in hac ῥήσει, eſſe debet. Facilè autem iſta vox potuit interire, ob litterarum adfinitatem nimiam, quæ eſt in voce præcedenti, ſimiliter ut illud πρῶτον abſorpſerat τὸ βροτῶν, in quibus non magna quoque vel ſoni, vel litterarum eſt diſparitas. Sed ea de re ſentiat tamen unuſquiſque, prout lubet. Nos ita ſentimus. Verſum penultimum veriſſimè ita emendat Auctor Anonymus,

Ἀλλ' εὐθὺς ὡς βούλει σὺ, χ' ὃν βούλει τρόπον.

Quam conjecturam aut egregiè fallor, aut naſutus ille depromſit, ex iſta verſione Eruditiſſimi *Dalecampii*,

Si placet ſtatim amplectere, & quo velis modo.

Qui hæc non aliter ſanè conſtituit.

ΕΥΡΙΠΟΣ. *Pag.* 302.

Στρῶμα μηλωτὴν τε ἔχει.

Lege,

Στρῶμα μηλωτὴν τ' ἔχει. —

Initium eſt verſus Trochaïci: ſi ſenarium quæras, hæc ita diſpone,

— Στρῶμα μηλωτὴν τ᾽ ἔχει.

Et ſic ad *Pollucem* Eruditiſſimus *Jungermannus*.

ΘΗΒΑΙΟΙ. *Pag.* 306.

— — πάντα δ᾽ ἂν σκοπῇς ὅλως.
Ἑτέρων πέφυκε, μειζόνων δ᾽ ἐλάττονα.

Ita corrigebat *Joſephus Scaliger*, cui *Grotius* applaudit. Sed cum vulgò ſit apud *Stobæum* ἑτέρων πέφυκε, ἡττόνων δὲ μειζόνων, malim ego,

— — πάντα δ᾽ ἂν σκοπῇς ὅλως
Ἑτέρων πέφυκεν, ἥττονα τῶν δὲ μειζόνων.

ΘΗΣΑΥΡΟΣ. *Pag.* 306.

Οὐκ᾽ ἐστ᾽ ἀληθὲς παραλογίσασθ᾽, οὐδ᾽ ἔχειν
Ὀψάρια χρηστά.
Non eſt æquum fallere, neque habere
Piſciculos bonos.

Quid audio ? An non eſt æquum *piſciculos bonos habere* ? Fallere igitur permiſſum. Lego certiſſimè, ut hæc ἀσυστασία evitetur,

Οὐκ ἐστ᾽ ἀληθὲς παραλογίζεσθ᾽, οὐδ᾽ ἔχειν
Ὀψάρι᾽ ἄχρηστα.
Non eſt æquum fallere, neque habere
Piſciculos improbos.

Hoc jam intelligo. Pro παραλογίσασθ᾽, Auctor Anonymus perbene digitorum ſuaſu παραλογίζεσθ᾽; id, ſcilicet, perſpicere potuit homo, non alterum iſtud, quod odorem excitat tetrum, ſi nares modò admoveas.

ME-

M E T I Ω N. *Pag.* 310.

Num. 1. Ἰχθῦς τις σοὶ ἐφαίνεθ' ἑφθός; μικρὸς ἦν.
Ἀκήκοας. —

Pro τις σοι, veriſſimè Auctor Anonymus τί σοι, ut ipſe flagitat verſus: rectè in numeros quoque hæc digeſſit; ſed cur pro μικρὸς repoſuit μιαρὸς, cauſam non video; nam probum eſt, quod editur. Muria malè erat præparata, piſcis, quem appoſuerat, elixus ita puſillus, ut vix piſcis mereretur nomen. Nihil convenientius. Igitur hîc iterum more ſolito τερατεύῃ.

Num. 2. — A. Ἀργύειος δ' ἡ παρατεθεὶς καράβῳ.

Pro Ἀργύειος legendum Ἀγύῤῥιος, nemo dubitet. In iſto nomine ita ab Amanuenſibus peccatum plus ſemel, ut ſciunt humaniores. Verſus autem eſt integer, & cui ne apiculus deeſt; nam prima in καράβῳ producitur.

M O I X O Σ. *Pag.* 310.

Οὐκ οἶσθα νάβλαν; οὐδὲν ἂν οἶσθ' ἀγαθόν.

Ineptè Auctor Anonymus ex Editione *Aldi:*

Οὐκ οἶσθα νάβλαν; οὐδὲ νῦν οἶσθ', ὠγαθέ,

Nam ſic rancidum eſt; quod ſequitur, Σύγ', οὐδὲ σαμβυκιστρίαν, & σὺ peſſimè à verbo ſuo divellitur. Legendum ſine dubio,

Οὐκ οἶσθα νάβλαν; οὐδὲν ἂν οἶδας ἀγαθὸν
Σύγ', οὐδὲ σαμβυκιστρίαν.

Π Α Γ Κ Ρ Α Τ Ι Α Σ Τ Η Σ. *Pag.* 316.

Καὐτόν τι πράττειν, οὐ μόνον τὰς ἐλπίδας
Ἐπὶ τῇ Τύχῃ χρὴ, παιδίον, πάντως ἔχειν,
Ὧν βούλεταί τις·

Et ipſum aliquid facere, non ſpem tantùm
In fortuna oportet habere
Eorum, quæ cupit quiſpiam.

Τὸ παιδίον, quod Cl. *Clericus* in verſione ſua omiſit, *Grotius* ὁ θαυμάσιος vertit *nate*, ut filius ſit, quem hîc alloquitur *Philemon*. Omnino malè; nam, quæſo, ſi ita vocem accipiamus, nonne friget illud ὧν βούλεταί τις, & ipſa orationis cohærentia implicita eſt, & manca? Ipſum *Grotium* conſulas, annuet, ſcio, ubi pro captu ſuo in verſione ceteroquin elegantiſſima perſonam tertiam liberè mutat in ſecundam, *ubi quid exoptas*, Ὧν βούλεταί τις. Nihil apertius. Pro κ᾽αὐτόν *Stobæus* in verſu primo καὶ τόν. Lego certiſſimè,

> Καὶ τόν τι πράττειν, οὐ μόνον τὰς ἐλπίδας
> Ἐπὶ τῇ Τύχῃ χρὴ, παιδίον ὡς, πάντως ἔχειν,
> Ὅς βούλεταί τι.

Eleganter nunc. Ὅς βούλεταί τι; καὶ τὸ τι πράττειν χρή. Quam venuſtum eſt illud τι repetitum, & naturali ſimplicitate ſeſe commendat? Παιδίον ὡς, *ut puer*. Scilicet, pueri ſemper ſperant. Τὶ ἀλλὰ hiatus eſt, quem ego non reformido. Sic *pag*. 310. habuimus.

> Εἶπας. Τί ἐποίει; τὸ παλτίον κατήσθιεν.

Et

> Νάβλαν τιν᾽.. ὁ δὲ Νάβλας τί ἐστι, δέσποτα,

ut alia exempla nunc omittam.

ΠΑΝΗΓΥΡΙΣ. *Pag.* 318.

> — — Τὴν πλατεῖαν σοι
> Μόνον ταύτην πεποίηκεν ὁ βασιλεύς.

Auctor Anonymus ad metrum Trochaicum, hæc rectè redigit; pro μόνον tamen, quod *Pollux* habet, non opus, ut μόνῳ reſcribas cum Viro Naſuto.

ΠΑΡΕΙΣΙΩΝ. *Pag.* 318.

Οὐ γίνεται περὶ τὐπτανεῖον σκεπτωρία;
(Ἀλλὰ) τραπεζοποιοῦ ἐστιν ἐπὶ τοῦ διακονεῖν.

Rectè *Athenæus:*

Περὶ τὐπτανεῖον οὐ γίνεθ' ἡ σκεπτωρία·
Τραπεζοποιός ἐστιν ἐπὶ τοῦ διακονεῖν.

Si modò pro τὐπτανεῖον, legas τὐπτάνιον; nam penultima in τραπεζοποιός produci poteſt, ut vel pueri norunt. Auctor Anonymus aliter, ſi ita malis, per me licet; nam has minutias parum curo.

ΠΙΤΤΟΚΟΠΟΥΜΕΝΟΣ. *Pag.* 320.

— — ὀβόλου
Τὸ πρῶτον ἡμῖν &c.

De hoc loco ita Auctor Anonymus: *Et numeros hic luxatos video, & ſententiam pravam aut nullam; ſed cùm nihil nunc properanti ſuccurrat, quod placeat, aliis eas ſpinas calcandas relinquo.* Quod de numeris & ſententia narrat, verum eſt: ſed vide, quid mihi *nunc properanti* ſuccurrat. Ita lego, additâ perſonarum diſtinctione:

A. Ὀβόλου τὸ πρῶτον ἐνεχθὲν ἡμῖν, —
Καὶ τεττάρων χαλκῶν. —
Καὶ μετὰ ταῦτα.
— — B. καὶ μάλα
Τρία ἡμιωβόλι'. C. εἴθε χαλκοῦ θερμὸν ἦν.

Tres quatuórve pauperculi in Thermopolio caldam biberant, & præterea cupediarum ſumſerant neſcio quid: horum unus cum Thermopola rationem init, ὀβόλου &c. *primò dediſti nobis caldam obolo, & quatuor chalcis.* * Huic reſpondet Thermopola, καὶ μάλα τριημιωβόλι', *ita eſt, hæc tria ſunt ſemiobolia.* Quibus mox ſubjicit pauperculorum alter: εἴθε &c. *utinam uno tantum æreo conſtaret calda,* ſæpiùs ad te diverterem; nam caldâ vehementer ego delector;

 at

at ſumtui impar eſt marſupium tenue. Nihil videtur opportunius. In verſu primo omiſſum eſt nomen Thermopolæ, vel ὦ φίλε, quæ interjectio ſenarium efficiebat plenum. Pro τελημιωβολίαι' lego τελημιωβόλι', mutatione leviculâ; nam cùm hîc ſcriptum foret, vocali non eliſâ, τελημιωβόλια, aliquis naſutus, ut hiatum evitaret, litteram addidit in fine, unde τελημιωβολίαι' & τελημιωβολίαια, quod in MS. Palatino reperit Eruditiſſimus *Jungermannus*, poſtea enatum. At τελημιωβολίαια hîc non convenit. Pro ἐςὶ repono εἴθε, quod natum quoque è facili & ſenſui quàm maximè neceſſarium. Eodem modo forſitan accipiendum eſt præcedens *Philemonis* fragmen. Scilicet, quatuor ea conditione Thermopolium intraverant, ut ſingulis pro triente certa aquæ calidæ præberetur portio: epotâ caldâ, tres in menſam deponunt octodecim chalcos, trientem unuſquiſque; hos quartus, cui forte fortunâ non erant nummi minutuli, ſibi ſumit & verſâ vice, ut trientem quoque conferat ſuum, in locum eorum ſubſtituit triobolum quem ſociorum unus è menſa tollit, ut ille ſolus, prout fieri quotidie videmus, hunc Thermopolæ ſolvat: mox abituris, in ædium veſtibulo unus Thermopolam videt, & ſtatim pòſt dicit ei, qui Triobolum ſumſerat, *Ecce adeſt* Thermopola, *ut vides.* Mox ipſe Thermopola infit: *huc veniſtis, ut triente vobis ſingulis præberem caldam.* Cui opportunè regerit, qui antea locutus fuerat, digito commonſtrans eum, qui Triboloum pro ſingulis penderet: *hic pro nobis quatuor triobolum accepit & habet.* Tibi ſolvet. Accommodè, ſi quid video. Sic non opus eſt, ut vel litteram mutes. Locus autem ita diſtinguendus,

> A. Ἰδοὺ πάρεστιν, ὡς ὁρᾷς. B. Τελτημόρου
> Ἕκαστος ὑμῶν ἦλθεν. A. Εἷς &c.

Π Υ Ρ Φ Ο Ρ Ο Σ. *Pag.* 326.

> Κάλλος τοιοῦτον οἷον ἡ ἀλήθεια ἔχει.

Scribas potiùs:

> Κάλλος τοιοῦτον οἷον ἡ ἀλήθει' ἔχει.

Ἡ corripitur ante vocalem. In verſu ſequenti

> Οὔτ' ἀνδριάντος γὰρ καλῶς πεπλασμένου,

eraſ-

craſſiſſimus eſt Solœciſmus, qui hircum olet. Si oratio ita procederet : Οὔτ' ἀνδριάντος γὰρ καλῶς πεπλασμένου κάλλος, ἂν μὴ τὸ αἰσθησόμενον ἡ τέχνη λάβῃ, ſatis nitida foret & exaſciata. Nunc nihil certius. Lego certiſſimè,

> Οὔτ' ἀνδριὰς τοιγὰρ καλῶς πεπλασμένος,
> Ἂν μὴ τὸ αἰσθησόμενον ἡ τέχνη λάβῃ.
> *Nec ſtatua profectò pulchrè ficta,*
> *Niſi ars in eum incidat, qui artis gratias ſentit.*

Ρ Ο Δ Ι Ο Ι. *Pag.* 326.

Σπάθην περιφαίνων δηλαδὴ χρυσένδετον.

Hæc habet *Pollux*, cujus locum dum obiter inſpicio, hanc χρῆσιν Euripideam illic offendo non abſimilem: Πᾶς δὲ φασγάνῳ ἐξηθέριζεν, ὥς τε πύρινον σπάθῃ κολεῶν φασγάνου μελανδέτου, eámque ita ab Eruditiſſimo *Jungermanno* conſtitutam deprehendo

> — — πᾶς δὲ φασγάνῳ
> Ἐξηθέριζεν, ὥστε πύρινον σπάθῃ
> Κολεῶν φασγάνου μελανδέτου. —

Mox doleo viri perſpicaciſſimi vices, qui & verſum contrucidavit & Tautologiam hîc admiſit, quæ & offa, & ſulphure indiget. Nam illud φασγάνῳ bis repetitum, in eadem orationis periodo, & hoc ita ineptè, ἐξεθέριζεν φασγάνῳ, κολεῶν σπάθῃ φασγάνου μελανδέτου, cras credam, non hodie. Apage, apage ſordes, & hæc mecum in tranſitu ita ſcribas,

> Ἅπαν δὲ γ' ἐξεθέριζεν, ὥς τε πύρινον,
> Σπάθῃ κολεῶν φασγάνου μελανδέτου.
> *Omne autem, quicquid aderat, demetiit, ut triticeum*
> *quid,*
> *Proſternens gladio, nigrum habente manubrium.*

Φασγάνῳ interpretatio eſt τοῦ, σπάθῃ φασγάνου μελανδέτου, quæ vel tranſpoſita fuit, vel priùs ad marginem notata mox in textum irrepſit. Nihil apertius. Ipſa locutio Tragica. Inſpice locum & videbis quàm accommoda ſint hæc noſtra. Pro

Pro ὥς τε πύελον fors rectiùs adhuc legeretur ὥς τι πύρινον, *ut triticeum quid.*

Σ Α Ρ Δ Ι Ο Σ. *Pag.* 326.

> Εἰ τὰ δάκρυ' ἡμῶν τῶν κακῶν ἦν φάρμακον,
> Ἀεὶ θ' ὁ κλαύσας &c.

Verſu primo meliùs reverâ *Plutarchus* εἰ τὰ δάκρυ' ἡμῖν, & mox verſu ſextò ἄν τε μὴ, πορεύσεται, quanquam poſterius illud ἐὰν in ſcanſione contrahi poteſt per Synizeſin. Verſu ſeptimo magis placet, quod *Stobæus* habet,

> Τί δὴ ποιεῖς; πλέον οὐδέν· ἡ λύπη δ' ἔχει,

quàm quod *Plutarchus*, τί δὴ πλέον ποιοῦμεν; ita legas modò mutatâ unicâ litterulâ,

> Τί δὴ ποιεῖς; δέον οὐδὲν. ἡ λύπη δ' ἔχει

Verſu ultimò

> Ὥσπερ τὸ δένδρον τοῦτο, καρπὸν, τὸ δάκρυον.

Cave quid mutes. Ineptum eſt, quod ineptiſſimus ille de ſyllaba ſuperflua narrat; nam ποιεῖς τὸ δα Dactylus eſt, quem in locis imparibus non reſpuit Iambus. Ipſe edidit paullò antè εἰ τὰ δάκρυ' ἡμῖν, ubi pes primus Dactylus quoque eſt huic gemellus: quid inficetius? Imo actum eſt de hominis ferocientis ſalute, ſi in his denuo ceſpitet. Nam vocabulorum menſura abſit, ſtipes eſt , papaver, lapis. Viſne exemplum, ſed recens ac viride? Perſonarum ſigna, quæ opportunè addidit *Clericus*, longiſſimè ablegat noſter, cùm huic loco planè ſint neceſſaria. *Dominus*, inquit ille, *dolore & lacrimis coopertus non ex decoro tale continuò reſponſum dederit.* Euge! Euge! Sed ubi dixerat ſervus poſt ea, quæ hîc præcedunt, τί δὴ ποιεῖς; an nunc ſaltem Dominus non reſpondet περιπόνως· δέον, *conducibile nihil, hoc ſcio: quid agam tamen? Ut arbor non eſt ſine fructu, ſic dolor non eſt ſine lacrimis?* Imò verò, ſi miſer ille non ſentiat hæc ſeparanda eſſe à verbis præcedentibus, perſonarum diſtinctione adhibitâ , poſthac non ſentiet bis duo eſſe quatuor. Verſu ultimo, quod monere propemodum omiſeram, verba ita ſunt ordinanda, λύπη δ' ἔχει, ὥσπερ τὸ δένδρον, καρπὸν τοῦτο, τὸ δάκρυον. *Dolor verò, ut arbor, habet fructum,*

hoc,

hoc, *nempe*, *lacrimas* ; ut rectè hæc quoque vertit *Xylander* , *Plutarchi* Interpres. Cùm priùs *generatim* dixiſſet τῦτο, *hoc*, mox εἰδικῶς ſubjungit τὸ δάκρυον. Ita ſæpiſſimè Græci , ut vel pueri norunt. Et quò igitur iſta protrita ? Scilicet, hæc noto in gratiam Auctoris Anonymi, qui ſæpe in his ſimilibúſve tricatur plus quàm pueriliter.

Σ Ι Κ Ε Λ Ι Κ Ο Σ. *Pag.* 328.

Num. 1. Ἄνθρωπον ὄντα ῥᾴδιον παραινέσαι
Ἐςὶν, ποιῆσαι δ' αὐτὸν ὐχὶ ῥᾴδιον.

Ad hæc ſuaviſſimus noſter Chryſippus : *Equidem acumen Grotii hic deſidero: quorſum enim* ἄνθρωπον ὄντα? Facile, *ait*, eſt cuivis, qui homo ſit, *conſilium aliis dare.* *Quid malùm*, *an* beſtiæ *conſilium dare ſolent* ? *Lege emendatione certiſſimâ*,

Ἄλλῳ πονῦντι ῥᾴδιον παραινέσαι.

Vix riſum contineo, dum hæc bellula depingo. Concurrite, concurrite omnes, ſi *Æſopum* conſpicere vultis, inter animalia bruta. Hic adeſt λόγων Συβαριτικῶν pater, non gibboſus, ut olim, ſed barbatus ad ipſum umbilicum. Sed ſeriò, ſeriò. Nihil exoletius, nihil anilius , nihil tetrius vidi unquam. Nam formulam elegantiſſimam , quæ in Comœdia frequens eſt, & pulcherrimè in his Ethicis naturam hominis exprimit imbecillem, omnium bipedum ſtupidiſſimus ; cui pro corde datum eſt fœnum, unguibus ſuis ſpurciſſimis contaminare audet. Quæſo ſimiliter ſequentia corrigat loca: *Menander* in Androgyno p. 16.

Τὰ προσπεσόντα προσδοκᾷν ἅπαντα δεῖ
ΑΝΘΡΩΠΟΝ ΟΝΤΑ.

In fragmentis ex Comœd. Incert. *Num.* 9.

Εἰ πάντες ἐβοηθῦμεν ἀλλήλοις ἀεὶ,
Οὐδεὶς ἂν ΩΝ ΑΝΘΡΩΠΟΣ ἐδεήθη τύχης.

Et *Num.* 54.

Οἱ τὰς ὀφρῦς αἴροντες, ὡς ἀβέλτεροι,
Καὶ σκέψομαι λέγοντες. ΑΝΘΡΩΠΟΣ γὰρ ΩΝ
Σκέψῃ σὺ περί τυ;

Et

Et *Num.* 261.

> ΑΝΘΡΩΠΟΣ ΩΝ μηδέποτε τὴν ἀλυπίαν
> Αἰτοῦ παρὰ θεοῦ, ἀλλὰ μακροθυμίαν.

Ipſe *Philemon* in fragm. ex Incert. Comœd. *Num.* 17.

> ΑΝΘΡΩΠΟΣ ΩΝ, τοῦτ' ἴσθι, καὶ μέμνησ' ἀεί.

Et *Num.* 41.

> Οὐκ ἂν δύναιο μὴ γλυέσθαι, διάπαντα,
> ΑΝΘΡΩΠΟΣ ΩΝ, ΑΝΘΡΩΠΟΣ. ἄλλως ἂν βοᾷς.
> Τὸν ζῶντ' ἀνάγκη πόλλ' ἔχειν ἐστὶν κακά.

Et *Poſidippus* apud *Clementem* Alexandrinum Lib. 6. Stromat.

> Οὐδεὶς ἀλύπως τὸν βίον διήγαγεν,
> ΑΝΘΡΩΠΟΣ ΩΝ.

Ut alia ſexcenta nunc omittam, quæ quærere non vacat. Hæc, inquam, corrigat homo Socraticus. Nam eadem indigent medicina, iiſdem futiliſſimis næniis ſunt expoſita. Sic pulchrè ſuaviculus noſter, omnium ſuffragiis, ad Prætorem & cognatos amandari poterit, qui Medicos accerſant, ut ab inſania reſipiſcat. Et hic tamen eſt, qui *Clericum* ſubſannat, qui *Chremeti exſequias parat*. At mihi credas, ſi efferendus ſit Chremes, miſer Davus efferetur unà; ille tamen, quia herus eſt & ſui juris, in lecto honoratiore: alter, quia ſervus eſt & homo nihili, in ſandapila humili & carie exeſa.

Num. 3. Ἐγὼ πρότερον μὲν ᾤόμην τὴν Σικελίαν
Ἓν τοῦτ' ἀπότακτον &c.

Locus difficilis, quem Eruditiſſimus *Clericus* veriſſimè autumat, *Codicum meliorum indigere auxilio.* Quid Auctor Anonymus? Ille nullo exſpectato auxilio hæc ita legit, conſtituit,

> Ἐγὼ πρότερον μὲν ᾤόμην τὴν Σικελίαν
> Ἓν τοῦτ' ἀπότακτον αὐτὸ τοὺς τυροὺς ποιεῖν
> Καλοὺς· ἔτι ταῦτα προσετίθην ἀκηκοώς,

[Τυρὸς Σικελικὸς ὅτι κράτιστος ἦν, αἵτε πορφυραῖ Σικελικαί]

> Ἱμάτια ποικίλ' εἰ λέγοι τις Σικελικά.
> Σκεύη μὲν ὂν καὶ κτήματ' ᾤόμην φέρειν.

Ubi,

Ubi, inquit, *illa*, *quæ Oratione Proſa ſcripta ſunt & à margine in textum perperam admiſſa uncinis ſeparavi.* Non poterat feliciùs, ſi ſeriò, & datâ operâ nugas effutire voluiſſet nugaciſſimas. Dic, ſodes, iſtáne, τυρὸς Σικελικὸς ὅτι κράτιστος ἦν, αἵτε περιστεραὶ Σικελικαὶ, à quoquam pro lemmate notari potuerunt ad marginem, ubi de *columbis Siculis* in ipſo textu nulla fit mentio, ne minima? Mehercle, ſuavis es ac comis, qui has nobis delicias facis! Sic ad marginem pinxerint è textu deſumta, quæ in ipſo textu nullibi comparebant. Et hoc lepidum ſanè eſt inventum & dignum tuo ingenio, quod incredibilia capit, & ἄπιστα. Sed copulemus, quæſo, quæ copulata credidit miſer:

— ἔτι ταῦτα προσετίθην ἀκηκοὼς,
Ἱμάτια ποικίλ' εἰ λέγοι τις Σικελικά.

Bella ſanè oratio! *Sed præterea hæc addebam ex auditu, ſi quis dixerit veſtes varias Siculas.* Imò alterum iſtud lepidum eſt, hoc ſtultum & inſipidum. Quare tu Lector, miſſis his ineptiis, ſic locum conſtitue, donec ſincerius quid atque exaſciatius Libri meliores promant,

Ἐγὼ πρότερον μὲν ᾤόμην τὴν Σικελίαν
Ἐν τοῦτ' ἀπότακτον αὐτὸ τοὺς τυροὺς ποιεῖν
Καλοὺς· ἔτι με ταῦτα προσετίθην ἀκηκοὼς,
Γάρος Σικελικὸς ὅτι κράτιστος, νὴ Δία
Περιστεραὶ θ' αἱ Σικελικαὶ, —
Ἱμάτια δὲ ποικίλ' εὖ λέγοι τις Σικελικά·
Σχεδὸν μὲν ἦν καὶ κτήματ' ᾤόμην φέρειν.

Verſu quarto laudatum vides *Garum Siculum*, ut Ponticorum Oxygarum laudatur ab *Athenæo*. Pro νὴ ſcriptum erat præpoſterè ἦν, quæ corruptela levicula ubi Libros ſemel invaſit, & mox pro περιστεραὶ θ' αἱ Σικελικαὶ, exaratum inverſo ordine αἵ τε περιστεραὶ Σικελικαί. Illud Δί', vel Δία, exſilio mulctatum fuit, vel à litterarum ſimilitudine abſorptum. Vocula, ſcilicet, videbatur ſuperflua. Verſu quinto lacuna eſt, quam fruſtra ſine Libris ſupplere ſatagas; id certum tamen, aliquid, quod Sicilia habebat quoque præcipuum, illic recenſitum. Cetera plana ſunt.

ΣΤΡΑ-

ΣΤΡΑΤΙΩΤΗΣ. *Pag.* 330.

Ὡς ἵμερός μ' ὑπῆλθε γῆ τε κ' οὐρανῷ
Λέξαι μολόντι τοὔψον ὡς ἐσκεύασα.

Pro μολόντι, lege μολόντα. Nam & ὑπῆλθε μολόντα, dicunt Græci & μ' pro μοι ante vocalem brevem rus olet. Quæ ſequuntur,

Νὴ τὴν Ἀθηνᾶν, ἡδύ γ' ἐστ' εὐημερεῖν
Ἐν ἅπασιν· ἰχθὺς ἁπαλὸς οἷος γέγονέ μοι;
Οἷον παρατέθεικ', οὐ πεφαρμακευμένον;

Auctori Anonymo *coacta* videntur, & *durinſcula*. Hominem ineptiorem non novi. Scilicet, ita conciſè loquuntur illi, qui gaudio exſultant, ut hic coquus ſuaviculus, ob rem præclarè geſtam: quod noſter ignorat, quia neſcit, quid ſit τὸ πρέπον, quid decorè loqui. Dein cùm ita legit,

Ἐν ἅπασιν ἰχθῦν, ἁπαλὸς οἷος γέγονέ μοι,
Τοῖον παρετίθην,

& hæc ita explicat: *per omnia talem piſcem appoſui, qualem acceperam*; homo ſtolidiſſimus non ſentit Tautologiam peſſimam & inexcuſabilem, quam ſic committat, ubi mox ſequitur,

Ἀλλ' οἷος ἦν ζῶν, κόπτος ἂν τοιοῦτος ἦν.
Sed qualis erat vivens, talis erat etiam toſtus.

Quid ais, ô bone? Nonne colapho dignus es, qui nos omnes tuis ineptiis, mehercle! enecas? Sed ignoſcamus homini, vix ſobrius eſt, & cæcus pronunciat de coloribus. Mox iterum Tautologum vocat, quod Tautologum non eſt: iſta innuo,

Ὅμοιον ἐγένετ', ὄρνις ὡς ὅταν ἁρπάσῃ,
Τοῦ καταπιεῖν μεῖζόν τι, περιτρέχει κύκλῳ
Θηρῶσα τοῦτο καταπιεῖν, περὶ δ' ἐσπούδακεν
Ἑτέρα διωκάθουσα ταύτην· ταὐτὸν ἦν.

Nam illud καταπιεῖν repetitum pretii eſt quantivis. *Cùm Gallina*

Gallina rapuit aliquid majus, quàm quod deglutire poſſit, in orbem circumcurſat id nihilominùs deglutire cupiens. Quàm pulchrè exprimit, quod in Gallinis quotidie videmus? Hoc tamen non ſentit Timon, qui in ultima habitat Thule. Senſus igitur τῷ καταπιεῖν vindicias præſtat: quid verſus? Ejus conditio, quamvis duriſſima ſit, hanc ſanè vocem non eliminat foràs. Tu lege,

> Τοῦ καταπιεῖν μεῖζόν τι, περιτρέχει κύκλῳ
> Θηρῶσα τοῦτο καταπιεῖν, ἐσπούδακεν
> Ἑτέρα δὲ διωκάθουσα ταύτην.

Amanuenſis forte fortunâ in illud περιτρέχει, oculos conjiciens, cùm hunc verſiculum exararet, pro verbo ſimplici compoſitum pinxit, ipſâ particulâ collocatâ alieno loco. Pro ὅμοιον an, legendum ſit ὁποῖον, ſummopere dubito. Nam ὁποῖον, ταὐτὸν ἦν reverâ eſt ingratum, & Græci non ita ponunt ex adverſo; ὁποῖον, τοῖον adamant illi, ut norunt, qui Linguam præſtantiſſimam callent. Dein ſi illud ταύτην ἦν, ita à verbis præcedentibus ſepares, & mox στιγμῇ τελείᾳ claudas, non eſt ſanè ita rejiculum. *Simile erat, idem.* Similis repetitio non nocet, præſertim hîc. Reliqua Auctor Anonymus non malè. Quid mirum? In his minutis, ut dixi ſæpiùs, vir eſt.

Φ Α Σ Μ Α. *Pag.* 334.

> — — Ἐπεὶ δὲ ἡ Ῥόδη
> Κυμβίον ἀκράτου καλέσεισεν ὑμῖν ἄνω.

Athenæus: ἐπεὶ δὲ ἡ Ῥόδη κυμβίον ἀκράτου καλασέσεικεν ὑμῖν ἄνω. Si ita legas:

> — — — ἐπεὶ δὲ ἡ Ῥόδη
> Κυμβίον ἀκράτου καλασέσεισχ' ὑμῖν ἄνω.

Verſui proſpectum eſt ſatis. Auctoris Anonymi ἐπειδὴ δ' ἡ non indigemus, quia δὲ nihil à vocali ſequente ſibi metuendum habet, ob ſpiritum aſperum. Sic οὐδὲ εἷς habemus, & alia id genus plura.

X H P A. *Pag.* 336.

Σάνναχρα, ἱπποτραγέλαφοι, βατιάκια, σαννάκια.

Unde Auctor Anonymus reſcivit pro Σάνναχρα, legendum eſſe Σαννάκια, mehercle! ignoro. Ipſe *Athenæus* habet Σάνναχρα, & vocem Perſicam eſſe notat. An Veterem Linguam Perſicam igitur conſuluit noſter, &, pro ſingulari ſua perſpicacia, ex intimis Linguæ deperditæ penetralibus hanc conjecturam nobis depromſit? Si ita ſit, dignus eſt homo, quem Muſæ adament. Verùm enim verò ſummopere ea de re dubito, quia à verbis ſeſquipedalibus abſtinet, quæ ſine dubio in hanc rem diſperdidiſſet longè plurima. Quid tum? Dicam. Σαννάκια ſuaviculo placuit ob verſum; *Athenæo* nuncium miſit audaculus, de ipſa ſententia ſtaret an caderet parum ſollicitus, ſi modò numeros ſuos curaret probè, & digitis ſatisfacere poſſet; nam, quæſo! cùm Σάννακια poſt βατιάκια delet, nonne in frontem arietat *Athenæi*, qui ubi verbis conceptis paullò antè notat: Φιλήμων δ᾽ ἐν τῇ Χήρᾳ, ΒΑΤΙΑΚΩΝ ΜΝΗΣΤΕΙΣ, καὶ τῇ γελοιότητι τοῦ ὀνόματος προσπαίξας, φησὶν, Σάνναχρα &c. eo ipſo innuit plus quàm apertè *Philemonem*, ſtatim poſt βαλιάκια, meminiſſe τῶν Σαννακίων? Imò nihil indubitatius. Et hinc apparet igitur primò, quàm imperitè Thraſonides Noſter ſtylum vertat. Jam ſi ipſam ſententiam reſpicias, toto cœlo aberrat homo, & eam ne quidem olfecit. Si enim hæc ita conſtituas, ut Auctor Anonymus, ubi eſt, quæſo! iſte luſus; quem, teſte *Athenæo*, in re ridicula adhibuit Comicus? Hunc, ſpondeo, ſpondeo, ſic fruſtra quæras. Nam ſcapham ſcapham vocat, Σαννάκια pocula Σαννάκια, in quo ne ſalis mica. Igitur mittamus hominem, qui blæſus eſt & naſum conſulere neſcit; ita legamus potiùs,

> Σάνναχρα δ᾽, ἱπποτραγέλαφοι, βατιάκια,
> Σαννάκια.

Quæ à ſuperioribus pendebant. Quanquam & Σάνναχρα γ᾽, legi poſſet, vel abſque ulla mutatione antiqua lectio retineri; ultima enim in Σάνναχρα non eliditur, quia vox ſequens incipit à ſyllaba aſpirata. Nihil notius aut vulgatius. Sed hæc puſilla; quicquid eligas, *Athenæi* propoſito nunc abundè ſatisfactum, & hæc ſanè ſunt lepidula. Sci-

li-

licet, poſt Σάνακρα, ἱπποτραγέλαφοι, βατιάκια, nomina ridicula, eleganter ſibi confinxit *Philemon* vocem Σανάκια, qua pulchrè ad τὰ Σάνακρα alludit, & has ineptias taxat. Σανάκια enim deductum à Σάννας, quod *fatuum* denotat & *inſipidum*, qualis eſt *Phileleutherus* ille, & idem eſt, ac ſi dixiſſet, *Sannacra*, *Hippotragelaphi*, *Batiacia*, *ineptias*. Quod nonne lepidum eſt? *Athenæus*, qui *Philemonem* τὰ βατιάκια, hac voce ſuggillaſſe annotat ſolùm, mentem ſuam expreſſit nimis parcè; nam haud dubiè & τὰ Σάνακρα, & τὰς ἱπποτραγέλαφους reſpicit. Ipſa autem Σάνακρα quin ita præceſſerint, nullus ego dubito; nam in eo omnis conſiſtit lepos, quòd vocem Σάνακρα priùs ita repræſentet, ut lucem adſpexerat, mox eâ leviter inflexâ alluſionem faciat, quæ ſale Comico erat ſuaviſſimè condîta. Unde nunc denuo apparet, quàm ineptè Auctor Anonymus τὸ Σάνακρα deleat, & vocis emendationem oppidò! ſupponat; ubi Σάνακρα ſine dubio vox eſt germana, Σανάκια autem *Philemonis* commentum & comicè facta. Sed mittamus iterum miſellum. Nam incredibilis eſt, in tam paucis verbis, ἀβλεψία.

PHILEMONIS RELIQUIÆ
E X
INCERTIS COMOEDIIS. *Pag.* 338.

***Num.* 1.** — — ὁ δὲ παρὼν ἀπαλλαχθῇ
Πάντ' ἐξ ἀνάγκης οἶδε, πανταχῇ παρών.

Iſta repetitio παρὼν ἀπανταχῇ, πανταχῇ παρὼν vitium non alit. Simile quid habuimus ſuprà in Vindicante *pag.* 302.

Ὁ ΛΟΙΔΟΡΩΝ γὰρ, ἂν ὁ λοιδορούμενος
Μὴ προσποιῆται, λοιδορεῖται ΛΟΙΔΟΡΩΝ.

Quod moneo, ne aliquis naſutus ſana, & intemerata corrigat.

***Num.* 9.** Σὺ γὰρ τίς ἐστιν, εἰπέ μοι, παῤῥησίᾳ.
Σὺ λαλεῖς ἐν ἀνθρώποισιν οὐκ ἄνθρωπος ὤν,

 Τὸ

Τὸ δ' ὅλον περιπατεῖς; ἢ τὸν αὐτὸν ἀέρα
Ἑτέροις συνέλκεις, εἰπέ μοι, τοιοῦτος ὤν;

Rectè quidem Auctor Anonymus, vulgatam ſcripturam huic *Grotianæ* præfert, ſed cùm bonus ille τὸ δ' ὅλον περιπατεῖς ita vertat, *tune omnino ambulas*, neſcio quid ſibi velit, aut quam Emphaſin habeant hæc bellula. *Grotius* ſanè, ad ſenſum longè accommodatiùs, *ſed tenens orbem ſub pedibus*, quem in ſua verſione ſecutus eſt *Clericus*. Sed ſic vulgata σημασία τοῦ περιπατεῖν, non ſatis accuratè exprimitur. Legas igitur, ut ne oratio flacceſcat:

Σὺ λαλεῖς ἐν ἀνθρώποισιν οὐκ ἄνθρωπος ὤν,
Τὸ δ' ὅλον καταπατεῖς;

Eo ſenſu, quo & *Grotius* & *Clericus*, ipſéque ſine dubio *Philemon*. Quanquam ut verum fatear, illud περιπατεῖς, ne ſic quidem ulla indigeat medicina, ſi ſermonis analogiam conſulas. Πατέω, *protero*, idem περιπατέω; præpoſitio περὶ hîc, ut aliàs ſæpe, ſignificationem primitivam non mutat, ſed auget & intendit. Quare περιπατεῖς, abſque ulla ſtribligine, verti poſſet *omnino proteris*; ſi nunc nobis negotium non intercederet cum aliquo barbatulo, qui ex Lexicis Vulgatis ſapit, & ipſam ſermonis Analogiam non intelligit; indulgendum eſt aliquid caperatæ fronti.

Num. 21. Ὦ Κλέον, παῦσαι φλυαρῶν, ἂν ὀκνῇς τὸ μανθάνειν,
Ἀνεπικούρητον σεαυτοῦ τὸν βίον λήσῃ ποιῶν.
Οὔτε γὰρ ναυαγὸς, ἂν μὴ γῆς λάβηται, φερόμενος
Οὔποτ' ἂν σώσειεν αὐτόν· οὔτ' ἀνὴρ πένης γεγὼς,
Μὴ οὐ τέχνην μαθὼν, δύναιτ' ἂν ἀσφαλῶς ζῇν τὸν βίον.
Ἀλλὰ χρήματ' ἐστὶν ἡμῖν· ἄγε τάχιστ' ἀπόλλυται·
Κτήματ', οἰκίαι. Τύχης δὲ μεταβολὰς οὐκ ἀγνοεῖς,
Ὅτι τὸν εὔπορον τίθησι πτωχὸν εἰς τὴν αὔριον,
Κἂν μὲν ὁρμισθῇ τις ἡμῶν εἰς λιμένα τὸν τῆς Τύχης,
Ἐβάλετ' ἄγκυραν καθάψας ἀσφαλείας εἵνεκεν.
Ἂν δ' ἀπαιδεύτῳ μετάσχῃ πνεύματος φορούμενος,
Τῆς ἀπειρίας εἰς τὸ γῆρας οὐκ ἔχει σωτηρίαν.
Ἀλλ' ἑταῖροι καὶ φίλοι σοι καὶ συνήθεις, νὴ Δία,
Ἔρανον εἰσοίσουσιν. εὔχου μὴ λαβεῖν πεῖραν φίλων·
Εἰ δὲ μὴ, γνώσεις ἂν αὐτοὺς ἄλλο μηδὲν πλὴν σκιάν.

Elegantiſſimum hunc locum, etſi longiuſculus ſit, & nos

to-

totum deſcripſimus, ut eò meliùs de interpretatione noſtra Lector judicare poſſit. Auctori Anonymo, cui ὁ λιμὴν τῆς Τύχης ſummopere diſplicet, ſana diſplicent & intemerata. Scilicet, miſer ille à *Grotio* deceptus non vidit hæc verba pertinere, ad iſtam objectionem: ἀλλὰ χρήματ' ἔστιν ἡμῖν, quæ hîc ingeritur ex perſona divitis, & ſic ſcitè à Poëta Philoſopho expeditur: *bona tibi ſunt, quæ citò ſcilicet, pereunt, pecunia, ædes. Fortunæ autem viciſſitudines non ignoras, quæ divitem reddunt mendicum in diem craſtinum, etiamſi quis noſtrûm in fortunæ portum adpulerit, & ſecuritatis cauſâ illic ancoram dejecerit.* Eleganter oppidò! idem eſt ac ſi dixiſſet, *etiamſi quis noſtrûm omnium ſit feliciſſimus.* Ipſe *Philemon portum fortunæ* non prædicat, ſed ita loquitur cum vulgo & potentioribus; qui, ubi ad ſummum pervenerunt felicitatis gradum, fortunæ viciſſitudines rident, & ejus inconſtantiam ſpernunt, exiſtimantes ſe in τῆς Τύχης adpuliſſe portum, & dejectâ ancorâ ſtationem illic reperiſſe tutam; cùm omnia ſint ſecus, & talis fortunæ portus non detur. Quid, quæſo! venuſtius? Quid efficacius hac in re? Quid denique tritius? Ineptit igitur Auctor Anonymus, & more ſolito ineptit, cùm hæc bella *Philemoni* extorquet. Mox opportunè repetit, quod antea dixerat,

> Ἂν δ' ἀπαιδεύτου μεταχῇ πνεύματος φερόμενος,
> Τῆς ἀπειρίας εἰς τὸ γῆρας οὐκ ἔχει σωτηρίαν.

Et hæc diſtinguenda ſunt à verbis præcedentibus. Sed hîc iterum bellatulus noſter: *quid ſodes eſt* ἀπαιδεύτου πνεύματος, indocta tempeſtas? *Hæcce tam patienter ferri? Lege ſine dubio* ἀπαίδευτος. Rideas, rideas licet.

> *Hicce eſt Telamo ille, modò quem gloria ad cœlum extulit?*
> *Quem adſpectabant, cujus ob os Graji obvertebant ora ſua?*

Scilicet, ſæpiſſimè apud Græcos & inprimis Poëtas Epithetum, quod perſonæ tribuendum erat, eleganter ipſi tribuitur rei, adeóque ἀπαιδεύτου πνεύματος, quod ſine dubio ipſe reliquit *Philemon*, ita accipiendum eſt, ac ſi reverâ ſcriptum foret,

> Ἂν δ' ἀπαίδευτος μεταχῇ πνεύματος φερόμενος.

Nihil notius, nihil indubitatius. Exempla ſi congerere

 vel-

vellem, & tempus, & charta mihi deficeret. Hoc tamen ignorat ille, qui Poëtas lectitavit omnes, nec ſentit longè elegantiùs legi πιδόμαῖος, quàm ſi vox πιδύμαῖος, ſine comite, oberret ſola. Ὦ Κλέον, παῦσαι φλυαρῶν.

Num. 3. Φθόνος ἐν ἑαυτῷ τοῦθ' ἓν ἐπιεικῶς ποιεῖ.

Non malè Auctor Anonymus,

Φθόνος ἐν ἑαυτῷ τοῦθ' ἓν ἐπιεικῶς ἔχει.

Similiter ut in iſto Epigrammate, quod à Cl. *Clerico* adducitur, in notis. Attamen dubito, an ita rejiculum ſit, quod editur; *invidia in ſe ipſa hoc facit*, idem eſt ac ſi dixiſſet, *invidia*, *ipſa invidia hoc efficit*. Locutiones ſimiles nunc & oculis, & animo obverſantur, ſed quærere non vacat.

Num. 25. Ὡς τὰ ἱερεῖα, ἵν' ὅταν ᾖ καιρὸς, τυθῇς.

Hîc iterum habemus exemplum, quo vocales breves non eliduntur propter aſpirationem intermediam. Quare vix opus, ut cum Auctore Anonymo legas,

Ὡς τὰ γ' ἱερεῖ', ἵν' ὁπότ' ἂν ᾖ καιρὸς, τυθῇς.

Num. 27. *v.* 3. Σιτάρια μικρὰ προσφέρων, οἴνου θ' ὅσον
Ὀσμὴν ἄγειν λαχάνων τι καὶ, νὴ τὸν Δία,
Τὰ πιτύρια ταῦτ' ὀψάρια &c.

Grotius ad locum: *ita ſenſui conſuluimus. Nam in Libris legitur*, ὀσμὴν λαχάνων ἄγει τι. Quibus mox ſubjicit bellatulus noſter: *At pace Viri Magni, ſenſui hîc parum conſuluit*, *verba verò & conſtructionem labefactavit.* Pulchrè, iterum, rectè, bene! Sed dic, ſodes, ubi προσφέρων præceſſit, λαχάνων ἄγει τι itáne tibi adlubeſcit? Mirum, nam mihi quidem, quæ mea forſitan eſt imperitia, vehementer diſplicet: quia illud ἄγει ſic planè otioſum eſt, & orationis ſtructuræ inimicum. Si additâ copulâ ſcripſiſſet, σιτάρια μικρὰ προσφέρων οἴνου θ' ὅσον ὀσμὴν, καὶ λάχανον ἄγει τι, conſtructio eſſet ſatis accommoda; nunc eâ omiſsâ, duriſſimè poſt participium verbum inducitur ἄγει, & ipſa orationis cohærentia perit. Quare ego hæc vel ita lego, ac diſtinguo:

Σι-

Σιτάρια μικρὰ προσφέρων, οἴνυ θ' ὅσον
Ὀσμὴν λαχάνων τ' ἄγει τι, καὶ &c.

Vel potiùs, quicquid obſtrepas, cum Viro Eruditiſſimo,

Σιτάρια μικρὰ προσφέρων, οἴνυ θ' ὅσον
Ὀσμὴν ἄγειν λαχάνων τι, καὶ, νὴ τὸν Δία,
Τὰ πετρᾶια &c.

Sic longè opportuniùs hæc, & quæ ſequuntur ab una voce προσφέρων pendent, & ipſa oratio, ut par eſt, procedit. Elegans tamen eſt, fateor, iſta locutio οἴνυ ὅσον ὀσμὴν, & quam rectè illuſtras hiſce *Callimacheis:*

Οὐδ' ὅσον ἀττάραγόν σε δεδοίκαμες &c.

Ut illic corrigendum eſſe monuit *ſagaciſſimus* ille *Bentlejus.* Veriſſimè hactenus; nam in aliis, quæ illic depravata ſunt, & manu indigent ſalutari, à viro perſpicaciſſimo multùm ego diſſentio. Sed hæc non ſunt hujus loci. Iſta autem locutionis elegantia, ô bone, quia judicium tibi eſt puſillum, hîc oculos tuos effaſcinavit, credo.

Num. 28. *v.*9. Ἔσπειρα μὲν κελθῶν μεδίμνυς εἴκοσι·
Τύτων ἀπέδωκεν ὐδὲ ὅλυς τρεισκαίδεκα.
Οἱ δ' ἑπτ' ἐπὶ Θήβας ἐςράτευσάν μοι, δοκῶ,
Τὸ τῶν γυναικῶν σῆμα διατηρυμένω.
B. Ὀνησίφορα γένοιτο. A. τῦτο γίνεται·
Ὁ γὰρ φέρει νῦν ὗτος, εἷς ὄνος φέρει.

Ita *Grotius.* Sed dicti gratias non adſecutus eſt ὁ θαυμάσιος. Legendum ſine dubio:

Ἔσπειρα μὲν κελθῶν μεδίμνυς εἴκοσι.
Τύτων ἀπέδωκεν ὐδὲ ὅλυς τρεισκαίδεκα,
Οἱ δ' ἑπτ' ἐπὶ Θήβας ἐςράτευσάν μοι, δοκῶ,
Τὸ τῆς Γυναικὸς σῆμα διατηρεῖν μόνον.
B. Ὀνησίφορα γένοιτο. A. τῦτο &c.

quæ ex aſſe Comica ſunt. *Agrum*, inquit, *defraudatorem habeo, non reddit enim quod accepit. Viginti hordei medimnos ſevi, horum reddidit, neque eos integros, tredecim, reliqui ſeptem Thebas iverunt militatum, ut illic Niobes monumentum cuſtodiant.* Elegantiſſimè alludit ad Niobes fabulam, quæ in ſaxum mutata dicitur, & idem eſt ac

ſi dixiſſet, *grana reliqua in lapillos converſa ſunt*, facta ſunt ſilices. Quid lepidius? Imò hoc ſenſus apertiſſimè flagitat, neque dubito. At, inquies, ſic ſine dubio ſcripſiſſet *Philemon* ἐπὶ Σίπυλον ἐστράτευσαν; nam illic diriguit Niobe, & ejus ſacra fuit moles, adeóque hæc tua interpretatio non poteſt eſſe vera. Sed, quæſo! ne quid calidius: quod de Sipylo narras, memoriæ prodiderunt multi, non omnes. Ecce *Palæphatus*, Auctor fide dignus, quia ad fidem ſingula exigit, diſertè, ut Comicus Noſter: φασὶν, ὡς Νιόβη ζῶσα, λίθος ἐγένετο ἐπὶ τῷ τύμβῳ τῶν παίδων. Nam iſte tumulus ut vel pueri norunt, non erat in monte Sipylo, ſed in agro Thebano. Malè autem interpres illic, ut hoc in tranſitu addam, *ad filiorum tumulum*, cùm vertere debuiſſet vel *filiarum* potiùs, vel *liberorum tumulum*. Nam τὸ παίδων, & *filias* reſpicere poteſt, & *filios*. Pergit: ὅστις δὲ πείθεται ἐκ λίθου γενέσθαι ἄνθρωπον, ἢ ἐξ ἀνθρώπου λίθον, εὐήθης ἐστί. τὸ δὲ ἀληθὲς ἔχει ὧδε. Νιόβη ἀποθανόντων τῶν ἑαυτῆς παίδων, ποιήσασα ἑαυτῇ εἰκόνα λιθίνην, ἔστησεν ἐπὶ τῷ τύμβῳ τῶν παίδων. καὶ ἡμεῖς ἐθεασάμεθα αὐτήν, οἷα καὶ λέγεται. Quæ prætérquàm quod præcedentia pulchrè illuſtrant, hîc vel inprimis deſcribenda eſſe duxi, ut, ſi cum his jungas alterum iſtud *Philemonis* fragmentum:

— Λίθον μὲν τὴν Νιόβην, μὰ τοὺς θεούς,
Οὐδέ ποτ' ἐπείσθην, οὐδὲ νῦν πεισθήσομαι
Ὡς τοῦτ' ἐγένετο,

ſic videas ſponte tuâ, quàm bellè inter ſe conveniant, quæ de hac fabula ſcripſit *Palæphatus*, & ſenſit olim Comicus Noſter. Nam nullus ego dubito, quin iſta dicantur ex perſona ipſius *Philemonis*. Ad hæc in ipſa illa locutione, τὸ τῆς Γυναικὸς σῆμα, aliquid mihi deprehendiſſe videor, quod ad ſententiam *Palæphati* quàm proximè accedat; nam τὸ γυναικὸς σῆμα, vel *Niobes monumentum* denotat, vel non ita incommodè interpretari poſſis, *Niobes ſignum*, εἰκόνα; hoc autem non multùm ab iſtis *Palæphati* abludit, ut alterum iſtud narrationem reſpicit fabuloſam, & Poëtarum commenta; juxta quos ſaxum, in quod converſa fuit Niobe, & ipſa Niobe, & Niobes ſimul exſtitit monumentum. Memoriâ haud dubiè tenes elegantiſſimos ea de re Poëtæ Anonymi Iambos:

Ὁ τύμβος οὗτος ἔνδον οὐκ ἔχει νεκρόν·

Ὁ νεκρὸς οὗτος ἐκτὸς οὐκ ἔχει τάφον,
Ἀλλ' αὐτὸς αὑτῷ νεκρός ἐστι καὶ τάφος.

Quicquid ſit, τὸ τῆς Γυναικὸς σῆμα ad hanc fabulam pertinet, & ſenſus ſine dubio eſt, quem dixi. Mox ſequitur: Ὀνησίφορα γένοιτο, quæ cùm propriè, & κυρίως denotent *tibi fauſta precor*, ſalſiſſimus *Philemon* ex voce ὀνησίφορα jocum elegantiſſimum captat, dum inquit alter: *quid ὀνησίφορα mihi precaris? Hoc fit. Quod enim ager nunc fert, unus aſinus portare poteſt.* Quid ſuavius? Quid lepidius? Singula nunc indolem Comicam reſpirant. Quæ cùm ita ſint, non poſſum, quin hîc adſcribam, properans licèt, & jam ad carceres anhelans, locum integrum Auctoris Anonymi; nam lepidiſſimus eſt, & riſum tibi incutiet, ſcio. Sic infit Orbis Litterati Atlas, ſtatim poſt adſcripta Comici verba. *Ita Grotius. Sed, opinor, rationem hujus correctionis nemo expiſcari poterit: neque cùm vertit* τὸ τῶν γυναικῶν σῆμα, ſepulchrum Niobeïdum. *Quid hîc faciunt* Niobeïdes? *Aut cur* γυναῖκες mulieres *eas ſolas hîc denotet? Equidem ſic potiùs legerim:*

Εἰ δ' ἑπτ' ἐπὶ Θήβας ἐστράτευσάν μοι, δοκῶ
Τὸ τῶν γυναικῶν σῆμα διατηρεῖν μόνον,
Ὀνησίφορα γένοιτο· τοῦτο γίνεται,
Ὃ γὰρ φέρει, νῦν οὗτος εἷς ὄνος φέρει.
Quod ſi ſeptem ad Thebas bellum mihi inferrent,
Videor mihi mulierum augurium ſolum obſervaturus,
ΟΝΗΣΙΦΟΡΑ ΓΕΝΟΙΤΟ. *Hoc quidem fit.*
Omne enim quod ager *fert, unus hic aſinus nunc portat.*

Videtur alludere ad notum eo tempore Drama Tragici cujuſdam, (non enim Æſchyli, aut Euripidis) ubi Chorus mulierum ea verba ὀνησίφορα γένοιτο, *quaſi omen quoddam uſurpaverint.* Dî boni! quàm lepidè pro *ſeptem hordei medimnis* homo grandiloquus huc induxit τοὺς ἑπτ' ἐπὶ Θήβας, *ſeptem Argivorum reges*? Quam acutè *augurium quoddam mulierum* hîc retexit augurum princeps? Quàm pulchrè perſonarum diſtinctionem ejecit planè inutilem? Quam mirificè illud ὀνησίφορα γένοιτο explicuit? Imò nihil ſubtilius, nihil facetius. Quid, quæris? Noctem brumalem integram Socrati incubavit homo, ut hæc lepidiſſima ſibi confingeret; nam, ut ipſe monet, *ſcriptæ hæ emendationes operâ extemporali, & finitæ Idibus Decembribus.* Id, quod facilè

lè credo, ubi omnia in hoc libello adeò frigent, & inter illa hæc præcipuè.

Num. 31. Τὸν μονιὸν ὄντα καὶ κακὴ Τύχη τρέφει.

Ita *Grotius.* Apud *Stobæum:* τὸν μόνον ὄντα καὶ κακὴ Τύχη τρέφει. Cave, quid mutes. Scribendum

— Τὸν μόνον ὄντα καὶ κακὴ Τύχη τρέφει.

Verſus eſt ἀκέφαλος, ut ſunt multi in his rutis cæſis: quid naturalius?

Num. 37. Ὅστις πένης ὢν ζῇ, παραζῆν βούλεται,
Ἡ γὰρ πενία πρόχειρος εἰς τὸ δρᾶν κακά.

Ita *Geſnerus* & ex eo *Grotius.* *Salmaſio* placuit:

Ὥστις πένης ὢν ζῆν παρ' ὃ ζῇ βούλεται.

De qua conjectura rectè pronunciat Cl. *Clericus*, *hanc meram eſſe* παραδιόρθωσιν; nam ſic nulla hîc ſententiæ redditio. Et id ipſe Auctor Anonymus agnoſcit, qui propterea legit, ut Viro Magno ſuppetias ferat,

Πᾶς τις πένης ὢν ζῇ, παρ' ὃ ζῆν βούλεται.

Non ita incommodè. Sed ſic tamen, ubi oculorum aciem aliquantulùm intendo, τοῖς *vivit aliter quàm vivere cupit*, minus aptè, ut ego equidem judico, ſubjicitur, *inopia enim proclivis eſt ad mala facienda.* Nam ex eo, quòd homo pauper *aliter vivit quàm vivere cupit*, non ſtatim conſequitur, *paupertatem eſſe proclivem ad mala facienda.* Nihil certius. Sententia igitur laborat, & ipſa illatio. Conjicit etiam, quanquam id minùs Viro Naſuto placeat,

Πᾶς τις πένης ὢν ζῆν, παρ' ὃ ζῇ, βούλεται·

Sed & hæc ſcriptura eodem incommodo premitur; quanquam non ita graviter. Nam τῷ *vult vivere aliter quàm vivit*, aptius ſanè ſubjungitur, *paupertas enim proclivis eſt ad mala facienda*, ut ille ſolus ignorat, qui deteriora ſequitur. Veriſſimè *Geſnerus*, & cum *Geſnero Grotius*, παραζῆν βούλεται: *quiſquis pauper vivit, miſerè vult vivere, quia paratus eſt ad omne nefas, vita autem delictis irretita, & irrequieta eſt, & verè miſera.* Quid clarius aut rotundius? Ἡ πενία hoc loco. ὁ πένης, *ipſe homo pauper*, πρᾶγμα ἀντὶ

τῦ

τοῦ προσώπου, ut loquuntur Græci magiſtri, nihilque reverâ efficacius. Elegans autem τὸ βούλεται, & quod pulchrè τῷ προὔχειρος reſpondet. Scilicet, qui delinquunt, & delinquere *volunt* & miſerè vivere, quia id agunt volentes, & ſponte ſuâ. Quò reſpiciunt Antiqui Philoſophi & Juriſconſulti, cùm *delicta* eleganter vocant *contractus involuntarios*. Contractus enim ſunt & quidem *voluntarii*, ſi animum ſpectes facinoroſorum, qui delinquere *volunt*; at *involuntarii*, ſi pœnam ejúſque inflictionem, quæ præter voluntatem & exſpectationem illis obvenit. Quid opportunius? Sed hæc miſer ille non capit, qui præter ſyllabarum modulos intelligit nihil.

Num. 38. ΝΗ ΤΟΝ ΔΙΑ τὸν μέγιστον, ᾤμην, Σωσία,
Ἔγωγε πρότερον τοὺς πένητας ζῆν μόνον
Ὀδυνωμένους· τὸν πλουσίων δὲ τὸν βίον
Ἱλαρόν τιν' εἶναι, καὶ φέρειν εὐθυμίαν.
Νῦν δ' αὐτῶν διαφέροντα τοῖς καθ' ἡμέραν
Δαπανήμασιν δὴ τὸν βίον ὁρῶ μόνον,
Λύπας δ' ἔχοντας μείζονας, τοὺς μείζονας.

Ita *Grotius*. Sed verſu quinto rectiùs Auctor Anonymus,

Νυνὶ δὲ διαφέροντα τοῖς καθ' ἡμέραν,

αὐτῶν, ſententiam enecat, ut mox apparebit. Idem verſum ſequentem ita conſtituit,

Δαπανήμασιν, νὴ τὸν Δία, διορῶ μόνον.

Improvidè ita vivam! nam & νὴ τὸν Δία, ſic invenuſtè repetitur & nulla opus eſt Criſi. Lego certiſſimè,

Νυνὶ δὲ διαφέροντα τοῖς καθ' ἡμέραν
Δαπανήμασιν δὴ τὸν βίοτον ὁρῶ μόνον.

Βίον ſcriptum olim pro βίοτον: iſtam vocem hîc accipias rogo γενικῶς, ut antea ſcripſerat εἰδικῶς, τὸν πλουσίων τὸν βίον. Senſus eſt: imò vita, quam omnes vivimus, ſive ditiorum, ſive pauperum, ut nunc video, nulla alia in re differt, quam quòd ſumtus & impenſæ, vel majores ſunt, vel minores, pro uniuſcujuſque conditione; reapſe non differt & iiſdem moleſtiis premitur. Rideo, cùm Auctor Anonymus δὴ proſcribat, quia otioſum eſt & iners. Mille loca igitur corrigat, ſic ingenio ſervire poteſt. *Grotii* αὐτῶν, vides, nunc planè eſt inficetum.

Num.

Num. 43. *v.* 5. Καὶ τοῖς μὲν ἄλλοις πᾶσιν ἡ γῆ θηρίοις
'Εκοῦσα παρέχει τὴν καθ' ἡμέραν τροφὴν,
Αὐτὴ πορίζουσ', οὐ λαβοῦσα· πάνυ μόλις
Ὥσπερ τὸ κατὰ χρέος κεφάλαιον ἐκτίει
Τὸ σπέρμα, τοὺς τόκους ἀνευρίσκουσ' ἀεὶ
Πρόφασίν τιν' αὐχμὸν, ἢ πάχνην, ἵν' ἀποστερῇ.

Hæc ita legit, diſtinguit bellatulus Noſter,

Αὐτὴ πορίζουσ'. οὐ λαβοῦσα πάνυ μόλις,
Ὥσπερ τὸ κατὰ χρέος κεφάλαιον, ἐκτίει
Τὸ σπέρμα· τοὺς τόκους δ' ἀνευρίσκουσ' ἀεὶ
Πρόφασιν τιν' αὐχμὸν ἢ πάχνην, ἀποστερεῖ.

Ubi, inquit, *ordo eſt*, οὐ λαβοῦσα τὸ σπέρμα μόλις ἐκτίει — τοὺς τόκους δ' ἀποστερεῖ. Et mox rogat, *quid clarius*, *aut rotundius*? Mirum, mirum! ſed ſi ſeriò ita ſcripſeris, dicam ſeriò, *ipſæ tenebræ*, *ipſum quadrangulum*. Nam illud οὐ λαβοῦσα τὸ σπέρμα, ô bone, an terram reſpicit incultam, quæ feras nutrit & animantia bruta, an verò cultam, quæ nos homines? Dic, quæſo! & dic liberè, non difficilis eſt optio. Nam utrum eligas, perinde eſt, ſemper te teneo, mi amice. Si, ſcilicet, terram incultam reſpondeas, quæ feras nutrit, tu omnium mortalium lepidiſſimus es, qui totam oppoſitionem, quæ in his utrámque paginam facit, perimere audes & ſic ipſam ſententiam miſerrimè enecas. Si terram cultam, quæ nos homines, non minùs benignus es ac comis; nam ἡ γῆ οὐ λαβοῦσα τὸ σπέρμα nihil ſanè producit, quia nihil eſt, quod acceperit, & nec ſortem ſolvit, nec uſuras: non ſortem, quia eam non accepit, non uſuras, quia uſuræ non ſunt ſine ſorte. Pueri norunt, ipſi balbutientes in ore habent vulgatiſſimum illud *qui non ſevit, non metit*; tu, qui id ignoras, ipſis pueris es infictior, bis puer, nec tamen ſenex. Ad hæc, ſi iſta jungas οὐ λαβοῦσα τὸ σπέρμα, ineptiſſimè copulantur illa μόλις ἐκτίει ὥσπερ τὸ κατὰ χρέος κεφάλαιον, & tota oppoſitionis ratio perit, quæ eſt inter τὸ κεφάλαιον, & τὸ σπέρμα; nam iſta ſibi mutuò reſſpondent, & id ſine dubio voluit *Philemon*: terra vix ſementem, τὸ σπέρμα, nobis reddit, quæ ſi debitum ſpectas, ſors eſt; uſuris verò nos miſeros defraudat, nec ultra *ſortem* ſolvit quicquam. Quod tu non ſentis, quia non ſentis, ô miſelle, ipſam *ſortem* fruſtra *à terra exigi*, ſi *ſortem* non *acceperit*; quod tamen ſentire poſſent ipſi pueri, qui vix

vix proferunt verba dimidiata. Sed homo Κρόνιος es, & ætatem Saturni reſpicis, quâ omnia proveniebant ſuâ ſponte. Utinam tunc vixiſſes! vixiſſes inter tuos æquales. Nos eo jure non utimur. Quare miſſis his ineptiis, quæ inter ipſas ineptias familiam ducunt, locum integrum ita lego, diſtinguo:

Καὶ τοῖς μὲν ἄλλοις πᾶσιν ἡ γῆ θηρίοις
Ἑκοῦσα παρέχει τὴν καθ' ἡμέραν τροφὴν,
Αὐτὴ πορίζουσ', οὐ λαβοῦσ'· ἡμῖν μόλις,
Ὥσπερ τὸ καὶ χρέος κεφάλαιον, ἐκτίει
Τὸ σπέρμα, τοὺς τόκους δ' ἀνευρίσκουσ' ἀεὶ
Πρόφασίν τιν' αὐχμὸν ἢ πάχνην, ἀποστερεῖ.

Sic ſingula ſibi conſtant. Αὐτὴ πορίζουσ', οὐ λαβοῦσ' Tautologum non eſt, ſed elegans & mirè ἀφελὲς, quod ille non ſentit, qui nihil ſentit. Pro πάνυ, ipſa ſententia exigit ἡμῖν, ut ratio oppoſitionis conſtet. Nihil certius. Ipſa mutatio non ita difficilis. Nam pro ἡμῖν ſcriptum fortaſſe ἀμῖν, unde iſta γραφὴ enata. Ἴν', quod *Grotius* textui intruſit, non indigemus, ſed ipſa particula δὲ, quam ὁ θαυμάσιος perperam ejecerat foràs. Et hoc vidit ineptiſſimus ille, qui ceteroquin hîc non deſipit, ſed inſanit, ſed furit.

Num. 45. Οὕτως ὅταν ἐμπέσῃ τις εἰς τὸν νοῦν φόβος,
Κἀκ τοῦ καθεύδειν οὗτος οὐκ ἐξέρχεται.

Elegans eſt illud ἐξέρχεται ἐκ τοῦ καθεύδειν, ob præpoſitionem ἐκ eleganter repetitam. *E ſomno non excedit pavor, in ſomno manet.* Τὸ καθεύδειν, ὁ ὕπνος: notiſſimus eſt uſus infinitivi apud Græcos, cum Articulo. Auctor Anonymus ineptit.

Num. 48. Μόνῳ δ' ἰατρῷ τοῦτο καὶ συνηγόρῳ
Ἔξεστιν ἀποκτείνειν μὲν, ἀποθνήσκειν δὲ μή.

Ante duas, ait Auctor Anonymus, *conſonantes*, *quarum neutra liquida eſt*, *ſyllaba corripi non poteſt*; *repone igitur*,

Ἔξεστ' ἀποκτείνειν μὲν —

Quæ quid ſibi velint, mehercle! neſcio. Nam verſus ſanus eſt, & intemeratus; pes primus Spondæus, ſecundus Anapæſtus, quem adamat Iambus, ut norunt ipſi pueri.

An

An nænias cantat? Sed video, video, quò hæc pertinéant: ἔξεστιν bellatulus noſter pro dactylo habuit, cujus pes ſecundus requirit ſyllabam brevem; ideò, mihi credas, hæc lepida nobis impertiit. Ride, ride. Hicce eſt, qui in re metrica oculos habet verè lynceos?

Num. 49. Πολλάκις ἔχων τις οὔτε ἀναγκαῖα νῦν,
Αὔριον ἐπλούτησ᾽, ὥστε καὶ ἑτέρους τρέφειν.

Illud ἀναγκαῖα pro τἀναγκαῖα, quod & *Grotius* & *Stobæus* habent, σφάλμα eſt Typothetæ. In poſteriore verſu non opus eſt, ut cum Auctore Anonymo pro καὶ ἑτέρους reponas χἀτέρους. Nam revera hîc nullus eſt hiatus, quia, ut ſæpiùs monuimus, ſpiritus aſper id impedit. Nihil vulgatius. Sic *Num.* 28. habuimus οὐδὲ ὅλως, & alia exempla alibi.

Num. 51. Μείζω τὰ κακὰ ποιοῦσι πολλοὶ, δέσποτα,
Αὐτοὶ δι᾽ αὐτοὺς, ἢ πέφυκε τῇ φύσει.
Οἷον, τέθνηκεν υἱὸς, ἢ μήτηρ τινὶ,
Ἢ, νὴ Δί᾽, ἄλλων τῶν ἀναγκαίων γέ τις,
Εἰ μὲν λάβῃ τοῦτ᾽, Ἀπέθαν᾽, ἄνθρωπος γὰρ ἦν,
Τοσοῦτον γέγονε τὸ κακὸν, ἡλίκον περ ἦν·
Ἐὰν δ᾽, Ἀβίωτος ὁ βίος, οὐκ ἔτ᾽ ὄψομαι,
Ἀπόλωλεν, ἐν ἑαυτῷ ἐὰν τοῦτο σκοπῇ,
Πρὸς τοῖς κακοῖς οὗτος ἕτερα συλλέγει κακά·
Ὁ δὲ τῷ λογισμῷ πάντα παρ᾽ ἑαυτῷ σκοπῶν
Τὸ κακὸν ἀφαιρεῖται, ἀγαθὸν δὲ λαμβάνει.

Indignor equidem, ſunt verba Auctoris Anonymi, *hunc locum tam negligenter à Grotio habitum eſſe; & vereor ne frontem perfricet Pſeudocriticus, & ex Viri Magni erratis patrocinium ſuis quærat. Haud tamen ſic evadet; aliter enim peccant verè eruditi; aliter ignari & qui primos ſe omnium rerum putant, cùm meræ umbræ volitent.* O, quàm magna ſic præſtiturus eſt, quot monſtra non debellabit! Sed videamus ſingula, & quidem ſedulò, ubi de rerum hîc agitur ſumma. *Verſu quinto lege*, inquit homo grandiloquus, *ſine dubio*,

Εἰ μὲν λαλῇ τοῦθ᾽, Ἀπέθαν᾽, ἄνθρωπος γὰρ ἦν.

Quid enim huc facit λάβῃ? Hoc primum, ſed in quo egregiè fallitur. Nam mihi credas, illud λαλῇ marcidum eſt,

præ

præ vulgato λάβῃ. Scilicet, dicta vulgata, quæ ſunt in omnium ore, ubi propinquos amittunt, duo etiam hodie diverſa proſtant, pro diverſa hominum indole: Ἀπέθανε, ἄνθρωπος γὰρ ἦν, & Ἀβίωτος ὁ βίος, οὐκ ἔτ' ὄψομαι, Ἀπόλωλε. Horum prius, inquit, ſi in luctu quis *aſſumat*, λάβῃ, malum non exaſperat; ſi poſterius, reverâ duplo fit majus. Vides, quàm elegans ſit, quàm accommodum iſtud λάβῃ, quod in Schola, & apud Dialecticos, ita accipitur centies? Imò nihil venuſtius. Jam verſu ſexto pro τοσοῦτον legit τοσοῦτο: veriſſimè. Sic omnes verſus ſenarios in perpetuum ſibi obſtrinxit, ſic ſtrenuè rem terra marique geſſit. Mox *verſus octavus*, ait, *à Grotio interpolatus deformem hiatum oſtentat*, adeóque corrigit,

Ἀπόλωλεν· ἐν ἑαυτῷ τοιοῦτος ἂν σκοπῇ,

Infeliciſſimè, ita vivam! nam hiatus, quem vocat *deformem*, non eſt ſanè deformis, ſed cui in Poëtarum loculis ſimiles reperiuntur pluſculi, & ſi reverâ foret, verſum ita facilè ſtatuminare poſſemus;

Ἀπόλωλεν· ἐν ἑαυτῷ γ' ἐὰν σκοπῇ,

Illud autem τοιοῦτος longè ineptiſſimum eſt, & dignum Morbonia. Nam *quid* σκοπῇ? Scilicet τοῦτο, *hoc* deficit, & ipſa ſimul ſententia. Dein *verſus*, inquit, *nonus ſyllabam redundantem gerit.* Nimirum, in loco tertio eſt Dactylus, in quarto *Anapæſtus*, quos pedes, ô bone, cùm toties in his ipſis fragmentis offendiſti contiguos, nonne riſum debes, cùm de ſyllabæ redundantia hîc vel hiſcere audes? Plus dicam: ſi hic verſus ſyllabam redundantem gerat, iſte tuus *Num.* 90.

Βλέπειν θεράπαιναν κατόπιν ἀκολουθεῖν καλὴν

cui ſimilis eſt alter *Num.* 54.

Τὸ κακὸν ἀφαιρεῖ, τἀγαθὸν δὲ λαμβάνει.

duas ſyllabas, non unam redundantem gerit. Phu! eò deventum eſt; ut jam tuo te gladio jugulare queam. Quantocyus cervicem præbe. *Verſu tandem ultimo*, ait, *& hiatus eſt, & dictionis vitium. Repone certiſſimè.*

Τὸ κακὸν ἀφαιρεῖ, τ' ἀγαθὸν δὲ λαμβάνει.

Dignum, mehercle! patella operculum. Iſte enim hiatus, ô miſelle, verſui omnino eſt neceſſarius, ut ultima in ἀφαιρεῖται corripi poſſit, & formam Dactyli adſciſcere, qui ver-

verſui ceteroquin ſuffraginoſo opem ferat: *dictionis* autem *vitium* hîc nullum; nam ἀφαιρεῖσθαι pro ἀφαιρεῖν ex ipſo *Demoſthene*, Lexica vulgata citant, nec quicquam vulgatius. Sic hominem ubique infelicitas ſubſequitur, ſive maſcula, ſive puerilia tractet. At, inquies, illud τουτῳ acutè reperit. Ita eſt: & hoc dignum profectò, cur his lepidis titulum præfixerit adeò magnificum. Ohe, ohe, rideas, rideas licet. Barbatuio ciconiam pingite pueri.

Num. 56. Ἄνθρωπος οὐ δήπουθεν οὐκ ἔς᾽ οὐδὲ εἷς
ᾯι μὴ κακόν τι γέγονεν, ἢ γενήσεται.
Ὁ ποιέων δ᾽ ἐλάχιστον τὸ γεγενημένον,
Ἀμφότερον οὗτος, εὐτυχεῖ τε, καὶ φρονεῖ.

Verſu primo illud ἄνθρωπος οὐ, *Grotio* debemus; *Stobæus*, enim ἄνθρωπος εἶ. Lego certiſſimè:

Ἄνθρωπος εἶ δήπουθεν· οὐκ ἔς᾽ οὐδὲ εἷς,

Auctorem Anonymum non moror. Verſiculus tertius ita interpolatus à Viro Summo, & mihi ſummopere diſplicet. *Noli dubitare*, inquit ſuaviculus noſter, *quin ita corrigendum ſit*,

Ὁ ποιῶν δ᾽ ἐλαχίστου τὸ γεγενημένον κακόν.

Sed ſic, ô bone, τὸ κακὸν bis ingeritur: ad hæc cur ἐλάχιστον mutes in ἐλαχίστου, cauſam non video. Longè elegantiùs ego, ubi verſus eſt apertè mutilus,

Ὁ ποιῶν δ᾽ ἐλάχιστον τὸ γεγενημένον, μάλα
Ἀμφότερον οὗτος εὐτυχεῖ τε καὶ φρονεῖ.

Nam illud μάλ᾽ εὐτυχεῖ, & per ſe elegans eſt, & huc mirificè facit.

Num. 59. Θανεῖν ἄρειόν ἐστι, ἢ ζῆν ἀθλίως.

Apud *Stobæum* & *Grotium* ſequitur,

Τὸ μὴ γὰρ εἶναι κρεῖσσον, ἢ τὸ ζῆν κακῶς.

Quæ ita interpolat Auctor Anonymus,

Τὸ μὴ γὰρ εἶναι κρεῖσσον, ἢ τοῦ εἶναι κακῶς.

Sed iſta quidem vis eſt. Ad ipſam tamen ſententiam provocat, ac ſi longè diverſa forent illa, τὸ ζῆν κακῶς & τοῦ εἶναι κακῶς. Hominis ſtultitiam ride.

Num.

Num. 64. Οἴει σὺ τοὺς θανόντας, ὦ Νικήρατε,
Τρυφῆς ἁπάσης μεταλαβόντας ἐν βίῳ,
Πεφευγέναι &c.

Quæ *Juſtinus* poſt verſum ſecundum hîc interſerit, καὶ γλῶ καλύψειν ὡς ἀπὸ τοῦ πάντ' εἰς χρόνον, verum eſt, illic ſuas olim fixerunt ſedes: ſcilicet, tranſpoſita ſunt à *Clemente* pariter ac *Euſebio*, ut ita telum præſentius in adverſarios ſtringerent; nam quin illi ita relinquerint ipſi, nullum quidem mihi eſt dubium. Mox video monſtrum horrendum & ingens, cui debellando non ſum ego. An ſub ilice ſuem? an *Hippocampum* in aëre? Imò longè portentoſius quid. Nam ecce *verba poſtrema hic protrahuntur cùm cauda*, quo nihil monſtroſius. Quantocyus καλεῖτε τὸν θεὸν, ut admoto ferro voculas quaſdam protuberantes reſecet, nam id gnaviter præſtitit Hercules ille ἀλεξίκακος in *Fragment. Menandri Incert. Num.* 195. Ohe, ohe, hæc talia tam patienter ferri! Sed ubi eras, ô exſuperantiſſime, cùm hæc nefanda lectitabas? An in ſuaviſſima urbe Anticyra, ubi hiemem fortè tranſigis, ut ipſam æſtatem apud Æxonenſes?

Num. 65. Ὁρῶσι πάντες πρῶτον, εἶτ' ἐθαύμασαν,
Ἔπειτα δ' ἐθεώρησαν, εἶτ' εἰς ἐλπίδα
Ἐνέπεσαν· οὕτω γίνετ' ἐκ τούτων ἔρως.

Auctor Anonymus: *Non commodè hæc procedunt, neque, uti debuit, creſcit ſententia: quippe* θεωρεῖν *idem ferè eſt, quod* ὁρᾶν. Ineptit homo. Nam θεωρεῖν & ὁρᾶν, ſi attendas ad verborum proprietatem, ita differunt apud Græcos, ut *videre* & *contemplari* apud Romuli Nepotes. Quod de particula δὲ narrat, ejuſdem eſt apud me pretii. Nam ſic infrà habemus:

Num. 71. Αἰτῶ δ' ὑγείαν πρῶτον, εἶτ' εὐπραξίαν,
Τρίτον ΔΕ χαίρειν, εἶτ' ὀφείλειν μηδενί.

Et ſi quis tamen cum Noſtro Barbicola legere malit,

Ἔπειτ' ἐπεθεώρησαν, εἶτ' εἰς ἐλπίδα.

Per me licet. Nam de ὄνου σκιᾶς non diſputo.

Num. 75. Ἐὰν γέρων γένοιτο πλούσιος γεγώς,

Καλὸν τὸ γῆρας ἐϛιν ἐπὶ τούτῳ μόνον.
Ἔχει γε χειραγωγὸν τὸν πλοῦτον γέρων.

Nullo pacto, inquit Auctor Anonymus, *hîc ſtare poteſt Spondæus in loco quarto.* Ita eſt. Sed hoc incommodum facilè vitare poſſumus: lege ἔχει γε χειραγωγὸν ἂν πλοῦτον. In voce γέρων, quæ hîc putidè repetitur, fors major eſt difficultas. Sed quid ſi legamus ϛένων? Imò id ſatis aptum eſt ac concinnum. Igitur verſum hunc ita ſcribe,

Ἔχει γε χειραγωγὸν ἂν Πλοῦτον ϛένων.

Vel, ſi verba magis rotunda deſideres,

Ἔχει γε Πλοῦτον χειραγωγὸν ἂν ϛένων.

Senex *ſuſpirans* vix pedem promovet; quàm pulchrè hoc convenit cum voce χειραγωγόν? Quàm aptè cum eo, quod quotidie videmus? Quare vix dubito nunc. Πλοῦτος hîc ſcribendum cum littera majuſcula. Nam iſta vox προσωποποιεῖται.

Num. 85. Ὡς εὐφυὲς ζῶον ὁ κοχλίας, νὴ τὸν θεόν.

Anapæſtum cùm dactylo ſæpe in verſu ſenario jungi monuimus plus ſemel. Quid profuit tamen? *Ecce iterum Criſpinus*, cum unguibus ſuis ſceleratis. Tu, Lector, vide quæ paullò ante notavimus ad *Num.* 51. & confer denuo, quæ ipſe ſuaviculus habet *Num.* 90. & *Num.* 56. *v.* 3. Nam cum homine ineptiente loqui diutiùs tædet.

Num. 87. Εἴ ποί τις ἡμῶν εἰς τὸν ἀγρὸν ἐξιὼν,
Μνήματα παρελθὼν καὶ τάφους ἀνθρωπίνους,
Τούτων ἕκαστος ἔλεγεν, εἰς ὥρας ἐγὼ
Πλεύσω, φυτεύσω, τοῖχον ὥρας κλήσομαι.

Illud εἴ ποί, ἔλεγεν non eſt nauci; fors tamen rectiùs legeretur,

Εἴ ποί τις ἡμῶν εἰς τὸν ἀγρὸν ἐξιὼν,
Μνήματα παρελθὼν καὶ τάφους ἀνθρωπίνους,
Τούτων ἕκαστος ἔπεσεν, εἰς ὥρας ἐγὼ
Πλεύσω &c.

Peritiores judicent.

Num.

Num. 92. Ἀλλ' ἐν Σάμῳ μὲν τοῦ λιθίνου ζώου ποτὲ
Ἄνθρωπος ἠράσθη τὶς, εἰς δὲ τὸν νεὼν
Κατέκλεισεν αὑτόν.

Verſum priorem rectè quidem Auctor Anonymus ita legit,

Ἀλλ' ἐν Σάμῳ μὲν τοῦ λιθίνου ξοάνου ποτέ.

Sed hanc tamen conjecturam non depromſit ex ſua penu, ſed ex iſta verſione Eruditiſſimi Dalecampii,

At olim in Samo marmoream ſtatuam
Homo quidam amavit, deinde in templo ſe incluſit.

Quod callidè reticet Miles Glorioſus.

Num. 94. Μῦς λευκὸς ὅταν αὐτὴν τις' ἀλλ' αἰσχύνομαι
Λέγειν, κέκραγε τηλικοῦτον ἡ κατάρατος
Μαστρωπὸς, ὥς' οὐκ. ἐστι πολλάκις λαθεῖν.

Falſum eſt, quod de voce μαστρωπὸς Auctor Anonymus narrat; nam & μαστρωπὸς reperitur & μαστροπὸς, ut ipſi balbutientes ſciunt; nec cauſam video, cur iſta ſcriptura per ὠ μικρὸν præferenda ſit alteri. Quare bellatulus Noſter hîc iterum delicias agit. Illud κατάρατος, fateor, non poteſt verſum ſenarium claudere, quia tertiam habet productam: in eo erravit *Clericus*. Sed cùm Auctor Anonymus propterea hæc ita legit, conſtituit,

Μῦς λευκὸς, ὅταν αὐτὴν τις (ἀλλ' αἰσχύνομαι
Λέγειν) κέκραγε τηλικοῦτον εὐθὺς ἡ
Κατάρατος, ὥς' οὐκ ἐστι πολλάκις λαθεῖν.

An ipſe rem geſſit ſatis gnaviter? Imò hoc eſt, de quo multùm ego dubito; nam vocem integram eámque primariam ejicere; nulla probabili de cauſa, id ſanè audax eſt & παρακεκινδυνευμένον; mox tamen addit ipſe: *ne litteram quidem apud Ælianum mutavimus: præterquam quod ejecimus illud* μαστροπὸς, *quod ex præcedenti verſu Epicratis:*

Ἡμῖν ἐπῆλθεν ὁ κατάρατος μαστροπός,

malè hîc à Librario repetitum erat. Sed hominem novi & ridiculum eſt, quod de verſu *Epicratis* garrit, ubi inter

 hunc

hunc *Philemonis*, & iſtum *Epicratis*, apud *Ælianum*, interjecta ſunt bene multa. Ad hæc ubi ſenſus ſine dubio eſt, ὅταν αὐτλὼ τις ἀποδῇ, διαρπικλοῖ, *cùm eam quis ferit, divìdit*, illud εὐθὺς mihi ſummopere diſplicet. Si antea præceſſerat ὅταν αὐλῆς τις ἅπτηται, elegans ſit τὸ εὐθὺς eo ſenſu, nunc minùs aptum eſt & accommodum, ubi agit de eo, quod ultimum eſt in Cupidinis palæſtra. Scis quid velim, & quominùs confirmatiùs hac de re loquar, me prohibet ipſe pudor, quo amabilius eſt nihil. Quare ego nunc ita malo,

Μῦς λευκὸς, ὅταν αὐτλὼ τις (ἀλλ' αἰσχύνομαι
Λέγειν) κέκραγε τηλικῦθ' ἡ μαστροπὸς
Καταράτος ὥστ' οὐκ ἔστι πολλάκις λαθεῖν.

Τηλικῦθ' ſcripſi pro τηλικῦτον. Scilicet, cùm antiquitus exaratum erat τηλικῦτο, vocali non eliſâ, naſutus aliquis, ut evitaret turpem hiatum, pro τηλικῦτ', vel τηλικῦθ' dedit τηλικῦτον, quod in uſu promiſcuo, ut τοιῦτο & τοιῦτον. Εὐθὺς ejecimus, quia iſta vocula & ſuccenturiata eſt, &, ut antea monuimus, ſententiæ parum conveniens. Fors enata ſit ex præcedenti οὕτο, vel, quod nunc inter ſcribendum mihi incidit, Amanuenſis forſitan, pro τηλικῦτον, errore properantis calami, ſcripſerat τηλικεῦθυν, quod ſtatim animadvertens ille, antequàm pergeret, more ſollemni ita emendaverat τηλικεῦθυν ῦτον, iſta verò cùm poſtea incidiſſent in aliquem Grammaticum, qui ſapiebat ſibi, ſtatim perperam correctum τηλικῦτον εὐθὺς, quod poſtea in Libris propagatum. Sic peccatum eſt ſæpiùs. Exemplum habuimus ſuprà in *Ariſtophanis* Scholiaſte, ubi cùm forte fortunâ exaratum eſſet ἀγαμὸν pro ἀγαθὸν, & id ſimiliter ita correctum, ἀγαμὸν γαθὸν, ſciolus aliquis inde excluſit ἀγαθὸν γάμον, quod in hunc uſque diem illic ita ſcriptum. Alia exempla in ſcripto extemporali non adtingo. Et quid igitur opportunius? Ceterùm verſio Cl. *Clerici*, ſatis eſt accommoda, ſi modò ita diſtinguas, *quando illam*, *mus albus*, *ſed pudet me dicere*, nam quod verba inverterit leviter nec ita ſcripſerit, *mus albus*, *quando illam quis* leviculum eſt; ubi ipſam ſententiam tenuit, & de fœmina libidinoſiſſima agi, non de mure, quem montes parturiunt, & Auctoris Anonymi caput, haud dubiè Vir Cl. vidit. Canem latrantem non audio.

Num. 96. Σαυτὸν ἐπαινεῖς, ὥσπερ Ἀστυδάμας, ποτέ.

Ve-

Verum eſt, rectiùs *Zenobius:*

Σαυτὴν ἐπαινεῖς, ὥσπερ Ἀστυδάμας, γύναι,

ſi ad verſum ſenarium unicè attendas; nam ſi ad ipſam Parœmiam, multùm ego præfero, quod *Apoſtolius* habet, quia ipſa ſententia ſic longè latiſſima, ut latiſſimus eſt ipſius Parœmiæ uſus. Quanquam & ſic dubitari poteſt, hic, an ille potiùs ipſa *Philemonis* verba exſcripſerit; nam nihil reverà obſtat, quominùs ita dederit Comicus,

Σαυτὸν γ' ἐπαινεῖς, ὥσπερ Ἀστυδάμας, ποτέ.

Vel,

Σαυτὸν δ' ἐπαινεῖς, ὥσπερ Ἀστυδάμας, ποτέ.

Quæ, ſcilicet, à ſuperioribus pendebant, & abſolutè efferebant alii, ipſéque *Apoſtolius.* Dein τὸ γύναι, apud *Suidam,* fruſtra quæras. Nam illic,

Σαυτὴν ἐπαινεῖς, ὥσπερ Ἀστυδάμας, ποτέ.

Quæ ubi comparo cum verbis *Apoſtolii*, ferè dejerare auſim, pro σαυτὴν ſimiliter illic ſcribendum eſſe σαυτὸν, & mox iterum: Σαυτὸν ἐπαινεῖς, pro Σαυτὴν ἐπαινεῖς. Nam ubi vox γύναι abeſt, ipſa Parœmia genus fœmineum quodammodo reſpuit, & contra maſculinum deſiderat; cujus ratio habenda eſt præcipua, in dicto præſertim Parœmiaco. Nihil, ut mihi videtur, indubitatius. Apud *Zenobium* rectè σαυτὴν, quia illic γύναι, ſed illum audio, non ſequor. Rectiùs *Suidas*, rectiùs, mehercle! *Apoſtolius.* Quam longè hæc diſtant ab illis, quæ Auctor Anonymus narrat? Mox tamen in ipſo Epigrammate Aſtydamantis φορτικῷ, pro οἷς φθόνος οὐχ ἕπεται, rectè corrigit, ᾧ φθόνος οὐχ ἕπεται, quo nihil certius aut magis perſpicuum, ut ipſe dudum animadverti, ante viſas has *Voluſii* chartulas. Sed cur τὸ παρέχων ſollicitat homo, ita me Deus amet! cauſam non video. Nam id purum putum eſt.

Num. 99. — Λίθον μὲν τὴν Νιόβην, μὰ τοὺς θεούς,
Οὐδέποτ' ἐπείσθην, οὐδὲ νῦν πεισθήσομαι
Ὡς τοῦτ' ἐγένετο.

Verſum priorem ita implet bellatulus noſter,

Λίθον μὲν εἶναι τὴν Νιόβην, μὰ τοὺς θεούς,

Vah ineptias! verſus eſt ἀκέφαλος, locus ita diſtinguendus,

— Λίθον μὲν τὴν Νιόβην; μὰ τοὺς θεούς
Οὐδέ ποτ' ἐπείσθην, οὐδὲ νῦν πεισθήσομαι,
Ὡς τοῦτ' ἐγένετο.

Longè acutiùs. Λίθον μὲν τὴν Νιόβην, profertur vel ἐρωτηματικῶς, vel potiùs θαυμαστικῶς. Et hæc hactenus.

Exſequias non *Chremeti*, ſed Davo, *quibus eſt commodum ire, hem! tempus eſt.*

A N-

ANTONII MARIÆ SALVINII,

Publici Græcarum Florentiæ Profeſſoris,

A D N O T A T A
I N
MENANDRI ET PHILEMONIS
R E L I Q U I A S.

In Teſtimoniis Veterum

C. *Plinius* Hiſt. Nat. Lib. VII. c. 29. *Magnum Menandro in Comico ſocco teſtimonium regum Ægypti & Macedoniæ contigit, claſſe & per legatos; majus ex ipſa regiæ fortunæ prælata litterarum conſcientia.* Editio Gryphii : * *claſſe & legatis petito, majus ex ipſo, prælata* &c.

Auſonius in Protreptico: *Conditor Iliados & amabilis orſa Menandri. Sunt legenda tibi.* † Evolvenda tibi.

Μενάνδρου λείψανα. Libentiùs dixiſſem ἀποσπασμάτια.

IN MENANDRI FRAGMENTA.

Ἀδελφοὶ, *p.* 2.

1. Τί πολλὰ τηρεῖν πολλὰ δεῖ δεδοικότα; *Servare multa metuentem quid adtinet?*] Πολλὰ, id eſt, πράγματα. Mitis hoc eſt fratris, & aſotum juvenem, contra alterum fratrem defendentis.

2. Ἔργον εὑρεῖν συζυγῆ] Ἔργον, *opus*, id eſt, *labor*. Virgilius: *Sed revocare gradum, ſuperáſque evadere ad auras, Hoc opus, hic labor eſt.* Vide *Anacreontis* Od. XLVI. ubi de argento:

* Sic debet legi, ſunt enim Typothetarum menda.

† Rectè, feſtinantis fuit mendum.

Διὰ τοῦτον σοὐκ ἀδελφὸς,
Διὰ τοῦτον οὐ τοκῆες.

14. Χαῖρ', ὦ φίλη γῆ &c.] Verba ſunt illius fratris, qui, contrà quàm urbanus ac mitis, ruri vitam duriter agebat, ac prædium ſuum alloquitur.

18. Θεός ἐστι &c.] Ejuſdem duri ac parci ſenis verba, qui parcimoniam laudabat & prudentiam, & veluti Numen eam exiſtimabat.

20. Τὰ τῶν φίλων τοῦ &c.] Fortè verba duri ac ſeveri fratris, qui adoleſcenti, non pecuniam, ut alter, impertiri volebat, ſed conſilia bona, ut frugi eſſet.

24. Εἰ δ' ἐστὶ τὴν κόρην διεφθορὼς] Ammonius *profert hæc verba*, ait Clericus, *ut oſtendat διεφθάρθαι paſſivè ſumi, διέφθορε verò activè, quòd nemo ignorare poteſt.* Sed διέφθορε participium medium poterat fortè eſſe vi paſſivâ, ut γέγονε.

25. Σέβειν δὲ τοὺς κρατοῦντας] Ego verterim: *colere potentiores vetus eſt lex*, vel eos qui rerum potiuntur. *Euripides:*

Τὰς τῶν κρατούντων ἀμαθίας φέρειν δεῖ.

Cicero ad Atticum, τὰς τῶν κρατούντων.

27. Ἀλλ' ἀντιλάττεσθ'. εἰ δὲ μὴ * παντελῶς Ἡμῖν ὁ βίος λήσει μεταστρεφεὶς ὅλος.] Ultimus verſus claudicat. Fortè, Ἡμῶν ὁ βιοτὸς λήσει ἀναστρεφεὶς ὅλος.

30. Ὦ μακάριον] Similis phraſis Theocriti ἀδωνιαζούσαις. *Beata me, ch' ho il gambino a caſa.*

33. Οὐκ ἔστ' ἀνοίας] Fortè legit *Terentius* ἀγνοίας,

Ἁλιεῦς *p.* 8.

1. Πρῶτος] Lego † ὁ πρῶτος. Sic verſus conſtat. Vide in fragmentis Bucolicis. *Oh! quanto tribolata il peſcadore Mena ſua vita, a cui la barca è caſa.*

4. Χαλεπὸν &c.] Verterim, *dura, mala merx eſt filia & collocatu,* ‡ *vel diſtractu eſt difficilis.*

5. Δύ-

* Legitur in 3 Ed. *Stobæi* τ' ἄνω κάτω, ut apud *Grotium*, & hoc poſtulat verſus. In altero verſu *Grotiano* eſt *Anapæſtus* in ſecunda ſede, quod licet. † Eſt articulus apud *Stobæum* & *Grotium*, nec excidit, niſi caſu, aut meâ, aut typothetæ ἀπροσεξίᾳ. ‡ Vide not. ad 2. *Æſchinis* Dial. n. 7.

5. Δύναται &c.] Verti quoque poſſit : *Poſſunt & divitiæ homines humanos efficere*; ob liberalitatem.

8. Ἴδιον ἐπιθυμοῦντι &c.] Bene *Grotius* quòd in tetrametros digeſſit. Sed * cur addidit ἴδιον? Bene quòd addidit καὶ & πᾶν, verſu 10. Legerim ἐπιθυμοῦντι μόνος ὁ θάνατος. Nam ſi dicamus μοι, verſus non conſtat.

11. Σήπομ' ὑπὸ τῆς ἡδονῆς] *Horatius* dixit *oculos putres*, ebrioſos, in ebrietate natantes.

12. Ἐκ κυλίκων χρυσέων] Fortè ἐκ κυλικίων.

14. Ἔνδον εἰσ' ἄνδρες &c.] Verſus claudicat. Fortè legendum: Ἔνδον ἄνδρες εἰσὶ καὶ ποτηρίδια, τορεύματα.

24. Καὶ οὐκ] Lege κοὐκ. *Aperiam hoc*, *Accedam & id aperiam.*

27. Τρίτην ταύτην] Lego τρίτην τε ταύτην. † Sic verſus conſtat.

28. Θαλάσσα] ‡ Non eſt finis Iambici.

30. Ἡδυλίζειν] *Adulari*, hoc eſt, ut credo, verbis condire tamquam ἡδύσμασι.

Ἀνατιθεμένη. *p.* 12.

Conſecrata. Quidni *Conſecrans*, aut *Dedicans*?

3. Δραχμαῖς &c.] Fortè, Δραχμαῖς τριώβολον μέτοικος καὶ τελεῖ.

Ἀνδρεία. *p.* 14.

1. Τὸ ἐρᾶν ἐπισκοτεῖ] *Amor obtenebrat mentem.* Ego ſimpliciùs: *Amor tenebras offundit omnibus.* Erat, καὶ τοῖς καλῶς ἔχουσι. Nihil moveam.

7. Εὐρετικὴν μὲν εἶναι] In fine versûs Terentiani, qui his verbis illuſtratur, meliùs fortè legeretur *ex ſolo loco*, quàm *ex loco ſolo*, ut ſit Iambus. Græcum verſum ſic emendare conor: [a] Εὐρητικὴν μὲν φασι τὴν ἐρημίαν. Illud εἶναι irrepſit.

14. Τῇ δ' ἔκτεινε] Ut verſus conſtet [b] τῇ δ' ἔκτεινον.

* Eſt apud *Athenæum.* † Deeſt tamen pes. ‡ Nihil verius, ſed nec credidit *Clericus*, qui addidit tantùm ut ſenſus conſtaret. a Meliùs fortè legas : εὑρητικὸν μὲν φασὶ τὴν ἐρημίαν. b Eſt quidem finis Iambi, ſed cetera non conſtant, nec auſit quiſquam adfirmare quomodo ſit hîc legendum.

Ἀνδρογύνης. *p.* 16.

1. Τὸ γὰρ συνῆθες &c.] *Intelligenda hæc verba* (ait Clericus) * *de conſuetudinibus innoxiis.* Ego de omnibus intelligenda cenſerem; quæ ſeu in bonum, ſeu in malum nequaquam negligendæ. Ovidius — *adeò à parvis adſueſcere multùm eſt*; &, *Intrat amor mentes uſu, dediſcitur uſu.*

5. Πλήξας γὰρ &c.] Fortè, πλήξας γὰρ ἵφθεις ἐκ παρατάξεως πόθειν τὰς ἐν Λαμίᾳ πάτας.

Ἀῤῥηφόροι, *p.* 20.

21. Ἐς χόρον ἤδη] † Non eſt integer Iambus, nam ſecunda in χόρον corripitur.

Ἀσπὶς, *p.* 26.

10. Στρατιώτην &c.] Lego ob ‡ verſum τὸν στρατιώτην.
13. Τὰς κώμας] Lego Κώμας ἐπόρθουν.

Αὐτοπενθῶν, *p.* 28.

Omnino αὐτὸν πενθῶν.
In ultimo verſu loci *Euripidis*, legerim non ἔχουσι, ſed ἐχούσης.

Βοιώτια, *p.* 30.

6. Ἐν τοῖς πᾶσιν] Lege ἐν πᾶσιν, ob verſum.
9. Πέντε καινὰ] Fortè, τὰ πέντε καινὰ &c.
Ib. Πορφύρᾳ] Fortè πορφυρᾶ. Mendoſum non eſt in *Polluce* *a* περινησσά. Mendoſum eſt deducere à νῆσος *inſula*, nam verè eſt à περινέω.

Γεωργὸς, *p.* 32.

4. Φέρει μὲν ὡς Θεοῖς]. Vulgò ὅσα Θεοῖς, quod non eſt mutandum, nam eſt admirativo modo: *fert enim* (ager) *quot Diis flores pulcros*? Id eſt, innumeros flores, qui ad ſa-

* Ut, nempe, ſint vera. † Nec allatus eſt pro bono, & integro Iambo. ‡ Deeſt pes integer. Fortè τὸ μὲν ab initio. *a* Adfirmatur hoc de περίνησσα, quod eſt in Editione Amſtelod. ſine mentione alterius ullius lectionis.

ſacrificia uſui ſunt. Et verſus conſtat & ſenſus. Verſio Clerici: *fert enim tamquam Diis flores pulcros*, minimè placet. Nam ſi ὡς retineamus, verterem: *fert enim, ut Diis?* Id eſt, quomodo, quâ copiâ.

5. Κελθὰς δ᾽ ἐὰν σπείρω] Vulgò κελθάς τε ἂν σπείρω. Quod non improbo, ſed meliùs *Grotius*. Vide *Ciceronem* de Senect. ubi de agricultura.

16. Τὸ τῆς Τύχης γὰρ ῥεῦμα μεταπίπτει ταχὺ] *Ponit celeriter. Reflante Fortunâ.* Cicero de Amicitia.

21. Βυβὼν] *Ovidius: & tumidum cornu durius inguen erat.* In Faſtis. Fortè huc alluſit *Theocritus* in Ὀαριστύϊ, ubi puella ad paſtorem: σὺ ζυγὸν αἱρεῖς.

Δακτυλεῖς, *p.* 36.

1. Ἀπέδρα μόνος] *Aufugi* ἀπέδραν. Ἀπέδρα videtur *aufugit.*

Δάρδανος, *p.* 38.

4. Χάριτος καλὸν] Lego τῆς χάριτος, ob verſum.

7. Λαβὸν τὰ χρήματα] Λαβών, quod non refertur ad τὸ λαῖμα, quod hîc impudentem & audacem hominem ſignificat, ſed πρὸς τὸ νοούμενον, id eſt, hominem.

Δημιουργὸς, *p.* 42.

1. Διακονικῶς] Clericus, *feſtinanter, ut ſolent ſervi.* Ego verterem: *ſerviliter proceſſiſti*, &, ut Plautus, *cum ſervili ſchema.* Apud eumdem Plautum: *Servile eſt feſtinanter currere.* Sed hîc videtur magis * *ſerviliter.*

Δίδυμοι, *p.* 44.

7. Δραχμαῖς &c.] Lego ut in Ἀκατιθεμένη.

Δίφιλος, *p.* 48.

1. Τὸν ὄντα πάντων &c.] In loco *Clementis* γνωμικώτατα, ut ita dicam, *ſententioſiſſimè.* Verbum eſt *Clementis*, non Comici. Illud γνωμικώτατον mihi ſuſpectum, & magis adridet, ut eſt apud *Juſtinum:* Διότι — τὸν ὄντα κύριον πάντων ἀεὶ τοῦτον διατελεῖ τιμῶν μόνον. Pace *Grotii*, viri magni, hoc Græ-

* Non dubitarem, ſi eſſet δουλικῶς.

Græcum non eſt. Græcum eſſet, διατέλει τιμῶν. Nihil muto. Vel, διὰ τέλους τίμα μόνον, cum *Clemente* Alexandrino, vel potius cum *Juſtino*, διὰ τέλους τιμᾶν μόνον, id eſt, δεῖ. Infinitivus pro Imperativo, ut Græci Poëtæ paſſim, & apud *Phocylidem* & *Heſiodum* in Operibus videre eſt.

Δύσκολος *p.* 48.

Moliere, *le Grondeur.*

2. Εἰ μὲν τὸ οἶδα &c.] Vide *Anacreontem* Od. XXIII. in Aurum, ubi oſtendit mortem pecunià non poſſe redimi.

4. Κύριος]. Interpunctionem poſt Κύριος non tollerem, ut *Grotius.* Quaſi dicat: *Serva nulli impertiens & ipſe eam* (pecuniam) *verè dominus ſis.*

8. Προσθήσει πάλιν] Πάλιν eſt dictum ἁπλῶς. Alioqui ſenſus repugnaret pietati, quam ſemper habere filius debet erga patrem.

9. Ὅσον χρόνον] Verterem: *quanto tempore* (nam hoc preſſius) *generosè uti ipſum.* Martialis: *Nam caſtum eſſe decet pium poëtam Ipſum, verſiculos nihil neceſſe eſt.* Lepidiſſimus eſt locus. Taxat filius amentiam patris, & hortatur ut generosè primùm omnium pecunia in ſe ipſe utatur; deinde opem ferat aliis.

16. Εὖ πονοῦνθ'] *Stobæus* περὶ φιλοπονίας, εὖ ποιοῦνθ'. *Grotius* mutavit in εὖ πονοῦνθ' titulo capitis fretus. Εὖ ποιοῦνθ' rectius & uſitatum.

24. Καὶ τὸ πόπανον τοῦτ' ἔλαβεν ὁ θεὸς ἐπὶ τὸ πῦρ] *Verſus integer eſt & incolumis. In loco *Clementis* è Lib. VII. Str. πεποίηκεν eſt fortè pro *compoſuit carmine*, dixit in ſuo carmine, vel παρέλκει.

27. Καταπίνουσι] Non puto laborare verſum, niſi quòd deeſt ad ejus perfectionem in fine ſyllaba; quàm, ſi *Menandrum* integrum haberemus, non deſideraremus.

30. Εὑρηκὼς κἀγὼ τούτου τέχνην.] Diſtinguerem — εὑρηκὼς κἀγὼ Τούτου τέχνην —. † tanquam partem duorum verſuum.

Ἐγχειρίδιον *p.* 56.

3. Οὐκ ἔστιν εἰπεῖν ζῶντα ταῦτ' οὐ πείσομαι] *Fine a che uno ha denti in bocca, Niun ſa quel che gli tocca.*

Ἐπι-

* Tribrachys in 4 & 5. ſede, aures tamen offendit. † Sed κἀγὼ non poteſt eſſe in ultima ſede.

Ἐπιτρέποντες, *p.* 66.

6. Διπλάσια γὰρ ἐσθίει μάτην] Ita concinnavit *Grotius*, ſed quartâ ſede eſt * Anapæſtus, haud rectè. Apud *Stobæum* erat διπλάσια γοῦν ἐσθίει. Fortè γ' ἐσθίει.

8. Ὀδυνᾶσθ' ἀνθρώπινον] *Dolere.* Fortè hîc, & *doleri.*

Ἑταῖραι, *p.* 68.

Ἕκαστος κύψας ἐς αὐτὸν τῶν τραγημάτων ἔφλα] Veterem: (*Quiſque*) *demerſo in ſe capite, bellaria deglutiebat*, nam φλᾶν eſt propriè *decorticare* † Ἕκαστος non poteſt eſſe finis Iambici. Quare tollerem, vel ſi ponerem ad explendum ſenſum, uncis includerem, nam poteſt eſſe *Plutarchi*, non *Menandri*, & legerem κύψας γ' ἐς αὐτὸν, ob verſum.

Ἐφέσιος, *p.* 72.

4. Σφόδρα] Pes intercidit. Equidem legerem πολὺ σφόδρα, nam & hîc vertitur *valdè carò.*

6. Παρέσομαι γὰρ ἔνδυο] *Suidas* in hac voce ταχέως. Fortè dicitur quaſi ἐν δύο, quaſi uno, vel certè duobus momentis temporis. Ita conjicerem, ſed tunc ſcribendum ἐν δύο.

11. Παρῶμμαι] Verterem *neglectui ſum.*

Ἥρως, *p.* 76.

11. Ἀναλυθεὶς μόλις] Verterem, qui *convaluiſti vix*, qui ægrè reſolutus es, ſeu purgatus.

Θαΐς. *p.* 78.

4. Ὁρῶσαι] Nullo negotio lego ‡ ἐρῶσαι.

8. Πτωχότερος κίγκλου] Ex *Æliani* hujus avis deſcriptione, quæ in nidis aliarum parit, non malè verteretur *pauperior cuculo.*

Θεο-

* Frequens tamen hoc in Comicis. Vide *Hephæſtionem* p. 15. Ed. *Turnebi.* 1553. † Omiſſa eſt lineola quæ ſequi debebat, quâ ſignificabatur aliquid deeſſe. ‡ Rectè, mendum eſt à feſtinante, ſic enim *Plutarchus.*

Θεοφορυμένη, *p.* 80.

2. Μάντις ἄριστος] Lego μάντις τ' ἄριστος, ob verſum, ut in *Euripidis* verſu μάντις γ' ἄριστος, eadem de cauſa.

3. Παμβαπλείσαν] *Grotius* ab verſum, cùm vulgò eſſet παμπλείσαν. Sed id nuſquam memini me legere.

Θησαυρὸς, *p.* 84.

1. Πρῴως] Explicarem ego μετρίως. *Quibus ſunt modicæ divitiæ.*

4. Προσαποτίνουσι] Verterem * *præterea ſolvunt.* Terentius: *alieniore ætate poſt faceret tamen.* Vide *Ciceronem* pro Cælio.

6. Ὅταν] Lego: ὁπόταν. *Taſſus*, in Paſtorali fabula Amynta: *è ſpedito un' amante riſpettoſo.*

Θρασυλέων, *p.* 86.

2. Τὸ γνῶθι σεαυτὸν] Lego, σαυτόν.

5. Ἂν μὴ δὲ ἀποτύχῃ τις ἐν κώπαισι πλεῖν] Ita *Grotius*, cùm in editis eſſet: ἂν ἀποτύχῃ τις πρῶτον ἐν ταῖς κώπαισι πλεῖν. Ego legerem: ἂν ἀποτύχῃ τις πρῶτον, ἐν κώπαισι πλεῖν. Verterem: *Secunda navigatio eſt profectò quæ dicitur.* Sive, *ſecunda navigatio eſt, ut aiunt*, ut vetus verbum eſt. *Joſ. Scaligeri* emendatio, ſi quid mutandum, magis adridet: ἂν ἀτύχῃ τις πνεύματος, κώπαισι πλεῖν, id eſt, *Curſus ſecundus ille* paſſim *dicitur*, *Movere remis*, *aura ſi deſit*, *ratem. Paſſim dicitur*, id eſt, *proverbio jactatur.*

8. In loco *Harpocrationis*, fortè πονεῖσθαι, *laborare*, φάσκειν, *eloqui*, *ediſſerere.*

Ἱπποκόμος, *p.* 92.

1. Μόνιμος ἄνθρωπος ἦν τις] Lego ob verſum, Ἄνθρωπος ἦν τις Μόνιμος.

2. Μίαν δὲ μὴ πήραν ἔχων] Præfero *Menagii* lectionem Grotianæ, id eſt, μίαν δ' οὐ τὴν πήραν, è Cod. Fl. μίαν ἔχων, & eſt planior phraſis. Vide *Laërtium* in Monimo.

3. Κεῖνος ἐν σχήματι] Ita *Grotius*. *Menagius* è Florentino Cod. ῥήματι faciebat ἀλλ' ἐκεῖνος ῥήματι, quod magis probarem.

Κα-

* Rectè, excidit vox *præterea.*

Καταψευδόμενος, *p.* 98.

1. Ἀφ' ἱερᾶς γραμμῆς] Non videtur hîc verſus, ſed explicatio *Suidæ*.

Κεκρύφαλοι, *p.* 100.

Κἂν καθεύδῃς] Nos proverbio vulgari, *Fortuna e dormi.*

Λευκαδία, *p.* 110.

14. Ἡμέρα λευκὴ] Latini, *quæ albo ſignanda lapillo.*

Μέθη, *p.* 114.

In loco *Athenæi* citato ad verſ. 14. κάραβοι verterem *locuſtam.*

Μητραγύρτης, *p.* 120.

4. Ἀσχημοσύνης τῷ γίνετ' ἐνίοις αἴτιος] Veterem, *indecentiæ*, *inhoneſtatis*, *turpitudinis.*

Μισογύνης, *p.* 122.

14. Διατελεῖν] In *Stobæo* διὰ τέλους, id eſt, *perſeverare*, διαρκεῖν. Non diſplicet. In verſibus citatis à *Stobæo* prolato ad verſ. 18. lege αἰεὶ pro ἀεὶ, ob verſum.
22. Ἀλλ' οὐ τὰ βίου] Fortè οὐδὲ, ob verſum.
23. A. Χαῖρ', ὦ Γλυκέρα] Ego verſus ita concinno, minimâ mutatione: Χαῖρ', ὦ Γλυκέριον. Γ. Καὶ σύ, ὡς πολλῷ χρόνῳ Ὁρῶ σε. Vide *Theocritum*, initio τῶν Ἀδωνιαζουσῶν.
24. Ὄμνυμι &c.] Ego ita verſus ordino:

— ὄμνυμί σοι τὸν ἥλιον
Ἦ μὴν ποιήσειν σοι γραφὴν κακώσεως.

28. Χλαμύδα &c.] Ita ordino:

— Χλαμύδα καὶ Μυσίαν
Αἰγίδα, ἀκροτήν — ut ſint particulæ duorum verſuum.

Μάνιον, *p.* 128.

In loco *Athenæi* Φιδυλλίν. Fortè Φιλυλλίν, ut alibi.

Nav-

Ναυκληρὸς, *p.* 128.

2. Εὐαγωγὸς] *Tractabilis* mollius mihi videtur, nec ſatis vehemens vocabulum, ad exprimendum τὸ εὐαγωγός. Facilè quò quis velit ducitur, deceptu facilis eſt.

4. Ἥκει λιπὼν &c.] Fortè παρῳδούμενον ab Hecubæ *Euripidis* prologo, in quo umbra *Polydori*:

> Ἥκω νεκρῶν κευθμῶνα καὶ σκότου πύλας
> Λιπὼν, ἵν' Ἅδης χωρὶς ᾤκισται θεῶν.

7. Κάνθαρον] Ludit in duplici ſignificatione poculi & navigii.

Ξενολογία, *p.* 132.

3. Χρῆται νόμοις καθ' οὓς κινεῖ τὰ πράγματα] Antea erat κρίνει. Nihil mutandum, nam hoc vult, Fortunam habere ſuas leges, ſecundùm quas judicat.

Ὀλυνθία, *p.* 134.

1. Ὡς οὐχ ὑπάρχων] Bene vertit Cl. *Clericus*, *non ut lædere incipiam*. Nam ſupplendum χειρῶν ἀδίκων, ἀδικίας.

Ὀργὴ, *p.* 136.

Τοῦθ' ἑταῖρός ἐστιν ὄντως] Ait *Grotius* ſe ita ſcripſiſſe, pro ὄντως ἐστὶν molliendo verſui. Non molliendo verſui, ſed corrigendo. Eſt enim tetrameter * Trochaïcus.

23. Οὐ μάτην] *Heſychius* † *in voce.* Non additur quâ voce. *Non verè.* Vertendum, *non fruſtra.* Sed fortè poteſt eſſe οὐ μὰ τὴν, id eſt, Δήμητρα.

Παιδίον, *p.* 140.

Pæ[illegible], non ***Pedio*** legendum nullus dubito. E & AI ſæpe in MSS. etiam optimis, unum pro altero ponitur.

1. Ἅπαντα δουλεύειν ὁ δοῦλος μανθάνει;] Mutarunt *Grotius* & *Geſne-*

* Scripſerat V.C. *Iambicus*, errore calami. Sunt enim Trochaici Catalectici. † In vocibus, οὐ μάτην, οὐκ ἀληθῶς. Μίνανδρος, ἐν Ὀργῇ. Vide & Scholiaſt. *Sophoclis* ad Ajacis flagellif. verſ. 641. ubi μάτην interpretatur etiam ἀψευδῶς, non minùs ac ματαίως.

Geſnerus in εἰ πάντα, *Clericus* in εἰς πάντα. Nihil equidem mutarem & elegantius δουλεύειν ἅπαντα, Atticâ quadam Ellipſi, quàm δουλεύειν εἰς πάντα.

[Paucula hîc, cum bona Cl. Viri *Ant. Mariæ Salvinii* venia, inſeram, quæ non pertinent ad ipſam loci ſententiam, de qua mihi cum eo convenit, neque ad elegantiam loquutionis, quam libenter ab eo monitus agnoſco; ſed ad hoc genus loquendi εἰς ἅπαντα, quod *per omnia*, vel *in omnia* verti, nam eſt eadem utriuſque poteſtas. *Barbaram Thraſonides Phileleutherus*, pro ejuſmodi virorum nimiâ fiducia & præcipiti ingenio, pronunciavit. Contendo verò præpoſitionem εἰς cum accuſativo frequenter ſignificare *finem*, aut *quod adtinet ad*; ita ut εἰς πάντα bene Græcè dici poſſit, pro eo quod eſt, *in eum finem*, *ut omnia faciat*, vel *ad omnia quod adtinet.* Alius *Thraſonide* modeſtior, non ita ἀποτόμως adfirmaſſet *barbarum* eſſe, quod eſt analogicum, eò quòd non recordaretur ſe alibi eam loquutionem legiſſe. Quæ enim memoria ulli omnia ſuppeditat, quæ legit? Alius prudentior, qui non cum lacte matris Græcam Linguam didiciſſet, conſuluiſſet Lexica & eximium quidem illud, quod meritò *Theſauri* nomine inſignivit *Henr. Stephanus*, *Thraſonis* proſapiâ multò doctior. Inveniſſet in eo hæc verba col. 1156. Tomi I. *Ut Latinè dicitur prodeſſe aliquid ad hanc, vel ad illam rem: ſic &* λόγος ὠφέλιμος εἰς ἀνδραγαθίαν *Xenoph. Pæd.* 3. *Item ut dicitur, ad quid? pro, cujus rei gratiâ? vel in quem uſum: ſic* εἰς τί *adfertur in v. l. itémque* εἰς τοῦτο ἐξελήλυθα *ex Marci cap. I. Quibus addi poteſt ex Paulo* 1. *ad Tim.* c. IV. εἰς τοῦτο γὰρ καὶ κοπιῶμεν &c. Et col. ſeq. Εἰς *quod adtinet ad*, *& Pauſanias* τὰ μὲν εἰς Μέδουσαν *&* τὰ μὲν εἰς Τολμίδην, *quæ ad Meduſam & quæ ad Tolmidem pertinent. Bud.* p. 1041 *Sic apud Xen.* καταφρονεῖσθαι εἰς τὰ πολεμικὰ, *dixi poſſe reddi*, *contemni quod ad bellicas res adtinet.*

Sed fortè dicet *Thraſonides*, poſt εἰς in hiſce exemplis πάντα non ſequi. Accipiat ergo locum ſcriptoris Attici, in quo εἰς πάντα eſt *per omnia*, *omnino*, citatum ab eodem *Stephano* Tomi III. col. 47. *In plurali quoque* εἰς πάντα *pro omnino ex Plat. de legibus* εἰς πάντα ἄκοντες, *pro*, *omnino nolentes.* Quod adeò certum viſum eſt *Frid. Sylburgio*, *Thraſonide* multò Græcæ Linguæ peritiori, ut omiſſum εἰς crediderit in hoc loco *Pauſaniæ* Lib. VIII. p. 610. Ed. Lipſ. penultimo verſu: ἀνθρώπων μὴ τὰ πάντα αἱ μίξεις ὥσπερ τοῖς κτήνεσι μετ' ἡμέραν. Vide ejus adloquutionem ad Lectorem

pag. 928. ejuſdem Editionis, col. 2. Sic & *Ariſtophanes* Pluto verſ. 493. *βούλημα* dixit *χρήσιμον εἰς ἅπαν ἔργον*, *utile in quodvis opus*.

Res me admonet ut homini impudenti oſtendam, hoc quoque loquendi genus *εἰς πάντα χρόνον*, Atticum eſſe, & ab elegantiſſimo Scriptore uſurpatum, quod *nec Græcum ſatis*, *nec elegans* eſſe imperitè, juxta ac ſuperciliosè, contendit, in animadverſionibus ad *Dyſcolum*, qua de re vide p. 26. hujuſce voluminis, ubi *Philargyrius* meritò os homini obturat. Ante omnia cogitare eum hîc quoque oportuiſſet analogicam eſſe loquendi rationem, cùm Græci, ut eum docebunt *Franc. Vigerus* de Idiomatibus Linguæ Græcæ Cap. IX. Sect. II. Reg. 14. & *Joan. Poſſelius* Calligraphiæ Linguæ Græcæ p. 333. ita loquantur. Debuiſſet *Phileleutherus* etiam recordari vocum *εἰς αἰῶνα*, quæ tam ſæpe ſunt in Scriptura; quas Hebraïſmum haberi non poſſe rectè oſtendit *Joan. Vorſtius*, Philologiæ Sacræ Lib. II. c. XL. p. 291. ubi docet *εἰς τὸν ἅπαντα χρόνον*, & *εἰς τὸν ἀεὶ χρόνον* à Græcis frequentari, adfértque exempla è *Philemone* & *Hippocrate*. Quibus addimus locum *Iſocratis*, ſub Panegyrici finem, ubi dicit Scriptores laboraturos ut Athenienſium *virtutis in omne tempus memoriam relinquant*, *εἰς ἅπαντα χρόνον*.

Qui in talibus delinquunt ſe ſimul & penuriâ judicii, & Græcæ Linguæ imperitiâ laborare liquidò oſtendunt; & tamen *Thraſonides* noſter ſe & Criticorum & Linguæ Græcæ peritorum facilè principem putat, audétque maximis quibuſque viris ferociter inſultare. Verùm licèt nullum earum loquutionum protuliſſem exemplum, ſatis eſſet in MSS. Codd. & Editionibus eas inveniri atque analogicas eſſe, ne carperentur. Nemo, ut dixi, memor eſt omnium quæ legit, aut vulgarium loquutionum quarumvis exempla in mundo habet, quæ proferat, cùm talia obſervari non ſoleant. Sed audiamus quid in reliqua *Menandri* adnotarit vir doctiſſimus; qui mihi hanc *παρενθήκην*, & ſi quas alias addam, pro ſua humanitate, facilè ignoſcet. *Clericus*.]

8. *Χρυσοῦν ἐπόρισας*] *Ἐπόρισας* mihi videtur *comparaſti*, *ἔπορες dediſti*.

Παλλάκη, *p.* 142.

5. *Περιστέρια*] Verterem *columbulos*, ut loquitur *Catullus*.

Πα-

Παρακαταθήκη, *p.* 144.

1. Εἴ τις δικαστὴς &c.] Simile apud *Horatium: Si quis Deus, en ego dicat* &c. In loco *Ammonii* ἐν πέμπτῳ, eſt *in quinto,* Dramate, vel libro.

Περινθία, *p.* 146.

6. Ἀπαβελτερώσας] Reponendum cenſeo ἐπαβελτερώσας, id eſt, *inſuper fatuum reddens, qui jam erat fatuus.*
7. Ὑπόξυλος] Galli, *un homme faux.* Eleganter.
10. Ἑψητὰς φέρων] Verterem *elixos ferens*, id eſt, piſciculos minutos.
11. Μαλακὰ] *Mollia*, non *trita.*
13. Ἐπὶ τῶν ἁμαξῶν] Adludere exiſtimo ad *plauſtra conviciorum*, ut in Proverbio. *Horatius: — plauſtris vexiſſe poëmata Theſpis.* In plauſtris etiam Comœdias agebant.

Πλόκιον, *p.* 150.

1. Ἐπ' ἀμφότερα — ὦτα] Proverbium, *in utrámque aurem dormi*[illegible]. Vide *Plautum* Pſeudolo; ubi, *in utrumque oculum, & id pervulgatum eſt minùs.* Nos vernaculâ parœmiâ: *tenere il capo tra due guancioli.*
12. Γύναιον οὖσαν πήχεως] *Theocritus* in Ἀδωνιαζούσαις, ἀνὴρ τρισκαιδεκαπήχυς.
15. Παιδισκάριον] Addendum ʒ, quod fruſtra eliminavit *Grotius*, & poſtulat verſus. [Quis propterea dicat virum ſummum Senarium neſciviſſe metiri? Animus alibi erat. *Clericus.*]
16. Ἄλλω] Claudicat * verſus.
20. Κακὸν τῶν χαλεπῶν] Fortè, ὦ κακὸν κακῶν.
25. Καὶ παιδοποιεῖται] Tuetur *Joan. Frid. Gronovius*, παιδοποιεῖ. Anapæſti ſecundo loco exempla velim.
[Vide *Hephæſtionem* περὶ τοῦ ἰαμβικοῦ μέτρου p. 15. & *Marii Victorini* Lib. II. ubi de Iambico metro pag. 107. Ed. Sanctandreanæ. Nec ignorabat hæc *J. Fr. Gronovius*, quæ omnibus ſunt nota, quamvis eum ſpernat, hac in arte, *Phileleutherus*; qui omnes, præter ſe, contemnit. Verùm errabat doctiſſimi viri animus, aliis occupatus, ut modò de *Grotio* dicebamus. Talia non ſunt exprobranda viris doctis, qualia ferox ille Criticus exprobrat. Cujus

* In animo fuit ἑτέραν, pro quo malè ſcriptum ἄλλω.

eruditioni, ſi tanta eſſet quantam ipſe putat, longè, longéque humanitatem *Salvinii*, & aliorum præferrem.]

37. Ἀθυμότερον] Lege ob verſum, ὅτος ἀθυμότερον.

[Atqui bonus eſt verſus. Primus pes eſt Iambus, ſecundus Tribrachys, tertius Iambus, quartus Tribrachys, quintus Spondæus, ſextus Iambus. In paribus ſedibus, Tribrachyn eſſe poſſe docent Artis Magiſtri, locis memoratis. Si legeremus ὅτος, in ſecundo eſſet Dactylus, contra metri leges. Quod abſit ut eruditiſſimo viro exprobrem, qui tantâ humanitate hæc ſua adnotata condidit, atque ad me mitti curavit! In ejuſmodi quiſquiliis, quis non interdum dormitat? Exempla *Grotii* & *Gronovii*, & præſertim prioris, licèt metricæ rei peritiſſimi, rem extra omne dubium ponunt. *Clericus.*]

43. Ἀλλ' ἐγγὺς ἀγαθοῦ] Vide *Dionyſium Areopagitam.*

Προσκαλῶν, *p.* 158.

4. Λύπη καὶ φροντὶς] Fortè λύπη τι, φροντίς τ'. οὐδὲν πέρας.

Ῥαπιζομένη, *p.* 160.

5. Ad verſus adlatos in nota. Nos ſimiliter: *il Tempo è galant uomo.*

Σικυώνιος, *p.* 164.

1. Καλὴ μὲν ὄψις] Sic lege, apud *Suidam.* Vide *Theocritum*, *Eraſte*, & *Moſchum*, *Amore fugitivo.*

Τροφώνιος, *p.* 16.

16. Κάνδαυλος] Simile, apud nos, *Candioro*, ex lacte & ovis.

Ὑμνὶς, *p.* 180.

4. Βάκηλος] Vide *Suetonium* in Auguſto. Nos *bacello.*

Ὑποβολιμαῖος, *p.* 184.

21. Δυστυχοῦσιν &c.] Lego: καὶ δυστυχίᾳ καὶ τρόπου πονηρίᾳ, nam ſequitur καὶ πᾶσι.

[Sic habuit *Geſnerus.* Sic *Grotius*, qui & MSS. & antiquioribus Edit. inſtructi erant. Ego verò illis omnibus deſti-

deſtitutus reliqui, ut multa alia, quæ minùs rectè habere putabam; præſertim cùm ſenſus, cujus maximam rationem ubique habui, non corrumperetur, cúmque verbum ἐπισκηπτέω utrumque caſum regat. Ad hæc accedebat, quòd Comicorum illius ævi, quorum nullum Drama ſupereſt, ſed tantùm fragmenta lacera & corrupta, non ſatis nota ſit nobis licentia. Comici hodierni multa habent, in linguis noſtris, quæ ad analogiam revocari nequeant; qualia cur in Veteribus etiam eſſe non potuerint non equidem video. *Phileleutherus* verò, qui nihil niſi ſolœciſmos crepat, & ſcit quæ ceteri ignorant, hîc omnibus indignatur. Potiore jure, excandeſcat ſuo *Bentlejo*, qui verſus *Callimachi*, Fragment. *n.* LXVII. ſic refingebat:

> Ἢ ὅτ' ἀνὴρ εἰς ἄνδρα συνέμπορον, ἢ ὅτε κωφαῖς
> Ἄλγεα μαψαύραις ἔχαλον ἐξερέῃ.

Eſt quidem bis ἐξερέω, pro ἐξερέῃ, ſed typographi delicta, aut calami lapſum nemo ei tribuere queat; niſi erga alios ipſum ita ſe geſſiſſe conſtet, quod futurum non puto. Sed ἐρέειν εἰς ἄνδρα συνέμπορον καὶ μαψαύραις, eſt miſtura duarum conſtructionum, ut hîc. Vertit ille: *aut ad itineris ſocium, aut cùm ad ſurdas denique procellas dolores narrat.* Suſpicabar ſcribere voluiſſe eum, ut alii: ἢ ὅτ' ἐς ἄνδρα συνέμπορον ἔρχητ' &c. *aut cùm ad itineris ſocium venerit*, licèt verſio repugnet. Quidvis aliud ſuſpicari ſatius eſt, quàm in quemquam debacchari, ut *Thraſonides* noſter facit. *Clericus.*]

34. Καπιδημίαν βροτῶν] Cùm eſſet ἀνθρώπῳ, ut docet *Grotius*, debet eſſe βρότῳ, ut gloſſema indicat. Vitam mercatum eſſe *Pythagoras* aiebat, homines ultrò, citróque venientes, ludentes, circumcurſantes, ſpectatorem Philoſophum. Vitam peregrinationem eſſe ſignificat Paulus, cùm ait: *peregrinamur à Domino.*

39. Ῥεμβόμενος &c. *Vexatus, pervolutatus hoſtes invenit, alicunde inſidiis adpetitur.*

40. Εὐθανάτως] Lego εὐθάνατος, ut verſus conſtet, & eſt apud *Athenæum* Lib. XIV.

[Verſus eſt integer, nam Anapæſtus eſt in ſecunda ſede, quod ex lege metrica fas eſt, ut antea jam diximus. *Clericus.*]

40. Τὸν ἄμητα χαίροις πω εἰ ἔπεττον τινά. Lego ἐὰν, ob verſum.

[Quis poſſit adfirmare, in hoc & ſimilibus fragmentis, plura non deeſſe? Hoc facilè fieri poteſt, ita ut verba ex pluribus verſibus ſint petita, quod ſæpe factum, in citationibus Grammaticis fragmentorum. *Clericus.*]

45. Μικρὰ Παναθλώαι, ἐπεὶ &c.] Tollenda eſt ὑποστιγμὴ poſt Παναθλώαια, nam congruit cum πέμποντες, id eſt, *procedentes in pompa Panathenæorum.* Sic intellexit *Scaliger*, qui citatur.

Χαλκεῖα, *p.* 190.

In loco *Nonii*, legendum in *Chalceis*, ſi ſit idem Drama.

Ψευδηρακλῆς *p.* 196.

22. Ad θρεπτὰς, *nutritas*, adderem *alumnas.*

In fragmenta ex Incertis.

Verſ. 25. Γίγνεται] Adde, poſt hanc vocem, interrogationis notam.

26. Καὶ καλοὺς ἡμᾶς ποιεῖ] Vertendum arbitror, *etiam pulcròs nos facit*; nam ex quo ſcelus aliquod patravimus, deformes efficimur & vultûs ſpeciem quodammodo, ſceleris conſcientiâ, efferamus.

46. Ὅταν τὶ πράττῃς &c.] * Habuimus in Chalceis, quod erat notandum.

49. Δίκαιος ἂν ᾖς] Lege ἐὰν, ob verſum.

69. Τοῦ γήρως χάριν &c.] *Cicero* de ſenectute: *quò minùs vitæ reſtat, eò plus viatici quærere*; quod abſurdum illi videtur.

86. Ἔπισχε σ' ὀργιζόμενος] Ante ὀργιζόμενος, apponerem A.

166. Ἀποκαλύπτειν φίλοις] Lego ab verſum, φίλοις ἀποκαλύπτειν.

180. In loco *Suidæ* τινὰ ὠφελοῦντων verterem, *alicui beneficium conferunt.* [Sic eſt in MSS. ſed Interpres monet legendum ὠφελουμένων.]

192. Πόλεμος κἂν πεδίῳ κακὸς] Fortè κακοῖ, id eſt, τρέφει.

193. Τὰ

* Caſu eſt repetitum.

193. Τὰ κακῶς τρέφοντα] Vide *Hippocratem*, de aëribus, aquis & locis.

227. Μηδέποτε γήμῃ] Propertius:

Hoſtis ſi quis erit nobis, amet ipſe puellas.

259. Ἀγνώμονα] Verterem, *ingratam.*

276. Οὐκ ἐν γυναικὶ &c. & 283. οὐ πάνυ &c.] Idem de Amore *Moſchus* in Amore fugitivo.

237. Ἀπολεῖ με τὸ γένος &c.] Vide *Homerum* in oratione Andromaches ad Hectorem, proficiſcentem ad pugnam, à qua eum dehortatur.

263. Πλοῦτος ἀλόγιστος] Intelligerem, communiore ſenſu, de divitiis hominis carentis judicio.

170. Κρεῖττον &c.] Oppoſitio eſt in ἀνυπόπτως & μετ' ὀνείδους, ὀλίγα & πολλὰ quod ſatis eſſe videbatur.

373. Τοῦ προυγίγνετο] Scriberem οὗ, cum circumflexo. [Verè, ſed & ſequens vox eſt ab aliud agente, pro προεγένετο. Quod malè exſcriptum effecit ut verteretur à me, non ampliùs inſpecto *Euſtathio*, *prognatus eſt*, ex analogia, prout ſenſus omnino poſtulabat; nam ut προγενὴς dicitur qui priùs natus eſt, ſic προγίνεσθαι *priùs naſci*, cui ſi addas ἔκ τινος neceſſariò ſignificabit *priùs naſci ex aliquo*, nam οὗ hîc idem eſt ac ἔκ τινὸς, & ſic à me intellectum oſtendit verſio *è quo prognatus ſit.* Quod diſſimulavit *Thraſonides*, ut me ludibrio haberet. Non me fugiebat προγίγνεσθαί τινος, nullâ præpoſitione ſubauditâ, ſignificare *eſſe ante aliquem*, ſeu γίγνεσθαι πρό τινος. Cùm omnibus nota obſervat *Phileleutherus*, & quaſi ignorata à *Grotio*, & à me exprobrat, tum verò triumphat, quaſi rem memorabilem præſtitiſſet. At hoc ipſum oſtendit peccatum ἀπροσεξίᾳ, non ſtudio. Sic humaniores & æquiores omnes interpretabuntur. *Clericus.*]

378. Τὰ δευτερεῖα] Non reſpuerem, ut fecit *Grotius*, τὰ δεύτερ' ἀεὶ, id eſt, mulierem ſecundo loco dicere. Δευτερεῖα λέγειν videtur duriuſculum.

382. Ἄνθρωπος, ἱκανὴ πρόφασις] Planiùs & ſimpliciùs verterem: *Homo idonea cauſa* (eſt) *ut ſit miſer.*

400. Προσπορίζομεν] *Accerſimus.* Vertendum: *adſciſcimus.*

440. Πράττει δ' ὁ κόλαξ ἄριστα] Verſûs ratio magis conſtaret, ſi diceremus: πράττει * δ' ἄριστα πάντων ὁ κόλαξ, & eſt

* In *Grotiano* verſu eſt Anapæſtus in ſecunda ſede, quod illicitum non eſt.

eſt neſcio quomodo elegantius.

472. Ἀπολλύμεθα] Nihil deeſt, ſi ſcribas ἀπολλύμεσθα.

473. Ταῖς ἀτυχίαις μήποτ' ἐπίχαιρε] Hinc fecerunt Stoïci ægritudinem animi ἐπιχαιρεκακίαν.

492. Ὦ γῆρας βαρύ] In Anthologia eſt Epigramma hujus ſententiæ.

505. Θανουμένων γὰρ &c.] Verterim: *morientium & amici*, vel *blandi ſermones ſunt proditores.*

[520. Ἐσθλὸν &c.] Exſcripſeram primùm hunc locum è *Grotio*, qui hunc verſum ſic legit: Ἐσθλὸν γαμεῖ γὰρ εἴς τις ἡμῶν ἢ δίχ' ἤ. Sed cùm poſtea vidiſſem emendatum à *Salmaſio*: ἡμῶν οὐδὲ εἷς εἰ μὴ δίχ' ἤ, ita ſcripſi, oblitus delere ἐσθλὸν, quod abundat in verſu, licèt ſuppleri debeat. Hinc fatuus *Thraſonides* occaſionem arripit pædagogicè in me debacchandi, quaſi ſeptenarium pro ſenario obtrudere voluiſſem. Quo quid putidius & ſtultius? Si quis *Thraſonidem* imitatus magnâ voce convocaret omnes Metricæ, divinæ, nimirum, artis, ſcientes; ut audirent verſum Hexametrum *Dionyſii Catonis*, quem Heptametrum fecit *Joſ. Scaliger*, virúmque ſummum propterea exagitaret; quis non rideret pædagogum? *Ille ipſe*, inquiebat * vir quidem ſtudio litterarum expolitus, ſed non ut manſuetior factus eſſet, *emendator Planudæ in Catonis diſtichis, Joſephus Scaliger vitavit, credo, juſtam reprehenſionem, qui etiam, cùm correxit Planudea*, hexametros heptametros *fecit*? *Audi verſum, non productiorem modò ſyllabâ, ſed pede toto redundantem. Cato in initio* Libri tertii:

Inſtrue præceptis animum, nec diſcere ceſſès.

Scaliger:

Τὸν νοῦν ἐντολίαις ῥύθμιζε, μαθητὺς οὔποτε λήγων.

Leve illud & aurium vitium, quæ fortè hebetiores ſint factæ ſenio. *Miror Thuanos & Caſaubonos, quibus Scaliger quaſi Deus quidam eſſet, quique ſcripta ejus omnia legiſſent millies, cùm huncipſum librum Lutetiæ edi curaſſent, non advertiſſe quod hic homini mendum excidiſſet; niſi fortè ob id ipſum ἀναμάρτητον putarent*, *quòd pro Deo haberent.* Quis non indignetur erudito ceteroqui Jeſuitæ, ſed qui pædagogicam in docendis pueris acerbitatem, quam uſu didicerat, numquam ſatis exuit, quòd *aures hebetiores ſenio fa-*

Ctas

* *Franc. Vavaſſor* de Epigr. c. XVII.

ctas Scaligero objiciat? Quaſi vel purgatiſſimæ aures animi, majoribus intenti, ἀπρεπείαν omnem eliminare queant! Quis ferat in delicti communionem *Thuanos* & *Caſaubonos* vocari, quod hoc non emendarint? Quaſi neſcirent Heptametrum ab Hexametro diſtinguere, aut putarent hîc non erraſſe *Scaligerum*? Iis indoctiores, in Leidenſi Editione anni 1626. emendarunt μοι, pro μαθητοῦ. Similem ab omnibus æquis lectoribus, pro ſuis exclamationibus, exſibilationem exſpectet *Thraſonides*, quam jam à *Philargyrio* expertus eſt.

Epigramma XXX. inter Callimachea, ſic definit in Editione ipſa Ultrajectina:

Τόδε σαφῶς Ἠχὼ φησί, τις ἄλλος ἔχει.

Verſus inchoatur à Tribrachy, quod eſt abſurdum; nec tamen V. C. *Ric. Bentlejus* exclamavit, & eruditiſſimam matronam *Annam Fabram*, doctiſſimi *Andr. Dacerii* conjugem, traducere conatus eſt. Obiter tantum dixit: *lege* ἀλλὰ σαφῶς, *non* τόδε, qua tamen in re ipſe quoque erravit; nam in Codicibus Collectionis ineditæ, è qua hoc deſumtum Epigramma, cujus quatuor Apographa vidi, legitur Τοῦτο, quod rectius. *Clericus.*]

526. Ἀεὶ] Lege αἰεί.

533. Μικρὰς οὐκ ἂν τιθείην] Poterat eſſe: μικρὰς τίθημι (ſic in *Athenæo*) συμβολὰς ἀκροώμενος, *ſymbolas parvi facio præ auditione.*

565. Οὐχ ἐν τῷ πέλαγει ἦν] Hic ipſe locus ſupra alibi citatur, &, ſi bene memini, rectiùs; nam hîc ſecundus verſus claudicat. Credo, ὃ τὸ πέλαγος ἦν.

573. Αἱρώμεθα] *Grotius* αἰρώμεθ᾽ οἷς. Non mihi diſplicet. *Theocritus*: Ὦ κύκλωψ, κύκλωψ, πᾶ τὰς φρένας ἐκπεπότασαι;

576. Ὦ νὺξ] *Petronius*:

Qualis nox fuit illa, Dii, Deæque!

Propertius: *ô nox mihi candida!* Statius: *Nox cetera dicat.*

636. Εἰ δ᾽ μὴ, νενόηκ᾽ ἐγώ.] Adjecerim: dic; *ſin minùs, ego inveni.* Sic diſtinguendum.

647. Ἔργον ἐστί] Catullus:

Difficile eſt longum ſubitò deponere amorem.

651. Ὅταν δὲ λύπαις] *Plinius* Hiſt. Nat. de Fortuna: & *cum conviciis colitur.*

665. Χρυσὸς μὲν οἶδεν] *Iſocrates* ad Dæmonicum: Τὸ χρυσίον μὲν ἐν τῷ πυρὶ δοκιμάζομεν, τοὺς δὲ φίλους ἐν ταῖς ἀτυχίαις διαγινώσκομεν.

702. Ἅ σοι Τύχη κέχρηκε &c.] *Horatius* III. Od. XIX, 53. *Si celeres quatit pennas, reſigno quæ dedit.*

706. Σ' εἶναι] Lege σε εἶναι, ob verſum.

707. Παρηγόρει] *Homerus:*

Τέτλαθι δὴ κραδίη καὶ κύντερον ἄλλο ποτ' ἔτλης.

Horatius:

O paſſi graviora, dabit Deus his quoque finem.

Videntur hæc carmina ſequioris ætatis, ut *Grotius* etiam rectè animadvertit. Μακροθυμία * longanimitas neſcio an ſit veteris Auctoris.

713. Ἠγανάκτησεν] Legendum τότ' ἠγανάκτησε μέχρι του, † ut verſus conſtet.

716. Κόψω] Vide *Muretum* in Var. Lect.

738. Ὀρᾷς ἀκαρὲς] Fortè ἀκαρὲς, vel ἀκαριαῖος ἀπώλωλας.

756. Ἐρᾷ μὲν ὄμβρων] Tibullus: *Et ſitiens pluvio ſupplicat herba Jovi.* Διὶ ὑετίῳ. Vide Anacreontem.

* *Plutarchus* uſus eſt voce μακροθυμεῖν. † Nihil deeſt verſui, 4. pes eſt Anapæſtus.

IN PHILEMONIS FRAGMENTA.

Ἀποκαρτερῶν *p.* 292.

4. Προγίνεθ' ἡμῖν] Genium hîc intelligit, τὸ ἑκάστου Δαίμονα, de quo vide Tab. *Cebetis.* Lego autem συγγίνεθ', id eſt, agnaſci nobis cognatam corpori.

Βαβυλώνιος, *p.* 296.

1. Βασιλίσσης] Non eſt Atticum, ut habetur *à Phrynicho.* Ut verſus conſtet, ita legerim: τὴν βασιλίδα Βαβυλῶνος ἐὰν οὕτω τύχῃ.

Γάμος, *p.* 296.

1. Ὄλλυμι εἶδον] Verſûs causâ, ἴδον.

Δέλ-

Δέλφι, *p.* 296.

11. Οὐκ εὖ σεαυτὸν] De meretribus Athenis à Solone inſtitutis. *Horatius:*

— ſententia dia Catonis,
Huc, huc, ô juvenes æquum eſt deſcendere, non alienas
Permolere uxores.

Εὔελπος, *p.* 302.

1. Μηλωτὴν τε ἔχει] Lege, τ' ἔχει.

Ἥρωες, *p.* 304.

1. Ὑπέρα ἐπιτροπὴ] Leg. ἐπιστροφή. Nos *peſtar l'acqua nel mortaio.*

Ἰατρὸς, *p.* 308.

5. Ὡς σπλῆνιον &c.] Horatius:

Fervet avaritiâ, miſeráque cupidine pectus,
Sunt verba & voces, quibus hunc lenire dolorem
Poſſis.

Καταψευδόμενος, *p.* 398.

1. Πάντ' ἐστὶν ἐξευρεῖν &c.] Nos: *chi cerca trova.*

Κορινθία, *p.* 398.

1. Παρέχειν] Lego παρέχειν, ob verſum.

Μέτιων, *p.* 310.

1. Ἰχθῦς τις σοὶ] Verſûs ratio, ut ſcribas, poſtulat, τί σοι.

Μοῖχος, *p.* 308.

6. Ὅτις ἢ πεσὸς τὸ πίπτον] *Plato* vitam calculorum ludo ſimilem eſſe dicebat; in quo quod aleæ jactu cecidit judicio diſponitur. *Livius* oblata caſu flectere ad conſilium.

Παγκρατιαστὴς, *p.* 316.

1. Προστάττειν] Προστατεῖν ob verſum. [Lapſus eſt calami, ut ex verſione liquet, ubi eſt *præeſſe*, non *imperare.*]

Πανήγυρις, *p.* 318.

1. Τὴν πλατεῖαν σοι] Ita ordino τὴν πλατεῖαν σοι μόνον Ταύτην πεποίηκ' ὁ βασιλεύς.

Πτερὺξ, *p.* 322.

5. Συνοικίαις] *Adfinitates.*

Πτωχὴ, *p.* 324.

3. Ἐξὸν] *Cùm liceat.*

Πόρ-

Πυρφόρ☉, *p.* 326.

3. Ἀλήθεια] Malim ἀλήθει' [Sed quinta ſedes capit etiam Dactylum.]

Σάρδι☉. *p.* 326.

4. Εἰ τὰ δάκρυ' ἡμῶν] Verterem, *ſi lacrimæ noſtræ.*

In Fragmenta ex Incertis.

Verſ. 26. Τὴν φύσει] Τὴν φύσιν. [Eſt typographicum mendum] Verterem εἴρων *diſſimulatrix*, αὐθέκας☉ *contumax*; ut ſunt, nempe homines.

81. Μακρὸν νόμιζε] Martialis Lib. II. Ep. 77.

Non ſunt longa, quibus nihil eſt quod demere poſſis,
Sed tu, Coſconi, diſticha longa facis.

119. Ἂν ἄνθρωπ☉] Lege ἐὰν, ob verſum.

136. Νῦν δ' αὐτῶν] Lege αὖτις, eadem de cauſa.

140. Καὶ μῖσ☉ πολὺ] Lege ἢ μῖσ☉.

147. Καὶ μήτε ἔχειν] Potiùs μήτ' ἔχειν.

173. Πάγλω] Lege πάχνῃ, *pruinam.* Eſt Iambus ut *cycnus*, Horatius: *O mutis quoque piſcibus Donatura cycni, ſi libeat, vocem*; nempe, Chelys.

192. Οὔτε ἀναγκαῖα νῦν] Lego τ' ἀναγκαῖα. [Laborat etiamnum verſus, ſatius eſſet addere μὲν, ὅτι μὲν ἀναγκαῖα, ut ſit Tribrachys in quarta ſede.]

227. Ἰατρὸν ἂν] Lege ἐὰν, ut & verſ. 312. ubi πονηρὸς ἂν.

335. Ἐχθρὰς ποιοῦσι] Nos: *le comparazioni ſono odioſe.* [Sic & Galli.]

Hæc ruri legens pulcherrimam *Menandri* & *Philemonis* Fragmentorum editionem à doctiſſimo viro, & bono litterarum nato, *Joan. Clerico* adornatam tribus circiter diebus adnotabam, menſe Octobri, anno 1710. *Antonius Maria Salvinius*, publicus Græcarum Litterarum Florentiæ Profeſſor, φιλέλλην.

Hactenus vir eruditiſſimus, cujus humanitati multùm debere me ſemper profitebor. Hac indole ſunt omnes, qui Litteris operam dederunt eo, quo oportet, animo; hoc eſt, ut fiant non tantùm doctiores, ſed & meliores. Ceteros non curo,

— quibus æſtuat ingens
Imo in corde furor, miſtóque inſania faſtu,
Atque ſui immoderatus amor; non conſcia Virtus;

quales *Gitones* & *Phileleutheri* Litteris & Litteratis odium creare nati.

IN-

INDICULUS

Rerum præcipuarum.

A

ANapæſtus cum *dactylo* poteſt eſſe in Iambo. 115. 146

Anapæſtus in quarta ſede Iambi. 157

Anapæſtus in ſecundo pede Iambi. 98

Athenæus illuſtratus & emendatus. 2. 29

Athenæi ratio citandi. *Præf.* §. V.

Ariſtophanis Scholiaſtes illuſtratus. 22. 102. emendadatus. 71

B

Burmannus(*Petrus*) notatus. 8. 20. 21. 45. 100

C

Caſaubonus (*Iſaacus*) defenſus. 13

Citationes Veterum parum adcuratæ. *Præf.* §. V.

Clerici conſilium in edendis Fragm. Menandri & Philemonis. *Præf.* §. V.

Comici an Hexametrum miſceant Iambis. 100

Comicorum licentia in fingendis vocabulis. 75

D

Diphilus emendatus. 61

E

Euripides illuſtratus. 123

Euripidis Scholiaſtes à prava emendatione vindicatus. 8

F

Fragmenta Comicorum certò emendare non licet. *Præf.* §. IV, & V.

G

Grotii labor & conſilium in vertendis Fragmentis Poëtarum. *Præf.* §. IV. laus ejus. *Ibid.*

I

Jure, quod quiſque in alium ſtatuerit, utatur oportet. *Præf.* §. III.

N

Neutra pluralia cum verbo plurali. *Præf.* §. VII.

Niobes ſepulcrum prope Thebas. 136

Nonius illuſtratus. 112

R

Reges cur timeant. 18

S

Si interdum non dubitantis. 89

Suidæ ratio citandi. *Præf.* §. V.

Synizeſis duarum primarum in νεοττός. 10

V

Vavaſſor (*Franciſci*) Pædagogiſmus. 168

Indiculus Vocum & loquutionum Græcarum, quæ hîc explicantur.

A

Ἀγγαρεύεσθαι, *cogi ad onus geſtandum.* 70

Αἴρειν τραπέζας, *menſas adponere.* 45

Ἄλη, divagatio. 39. ἀλία, *idem. Ibid.*

Ἅλμιος pro ἄλιμος. 72

Ἀρπάγη, *pertica hamata.* 34

Ἀφροδίσιον πέλαγος, de matrimonio. 16

B

Βάλλειν εἰς κόρον quid. 17

Γ

Γῦρος fœminino genere. 54

E

Εἰς πάντα pro *ad omnia*, per omnia. 161

Εἰς πάντα χρόνον, *in omne ævum*, loquutio bene Græca. 26. 161

Ἐν præpoſitio interdum abundat. 37

K

Κατασείειν, *deponere*, aut *deponi* bibendo. 2

Καχρήσασθαι, pro *ſtrepitum edere.* 74

Καὶ expreſſum figurâ hac Σ in compendiis ſcripturæ. 19

Κοπάζειν, *ceſſare, præ nimio labore.* 78

Λ

Λαβρώνια vaſorum genus. 7

Λαῖμα & λαιμὸς *guttur*, pro homine guloſo. 23. *& ſeq.*

M

Μάτην pro verè. 169

Μετρίως πράττειν, non eſſe *divitem eſſe*, ſed *mediocribus facultatibus.* 3

Μοσχιᾶν, *vitulari.* 78

N

ὁ Νεοττὸς, *vitellus.* 10. Synizeſis in hac voce. *Ib.*

O

Ος terminata adjectiva maſculina apud Atticos. *Præf.* §. VII.

Π

Περίνησος *circum adſutus.* 20

Περιπατεῖν pro *conculcare.* 132

Περισκελὴς, *conſtans.* 4

Σ

Σ aliquando pro καὶ in compendiis ſcripturæ. 19

Σαννάκια, *ineptiæ.* 130

Σῶμα Τύχης, *corpus Fortunæ*, pro ipſa Fortuna. 83

Φ

Φηλοῦν γέροντας, *fallere ſenes.* 9

X

Χρύσεια κυλίκια, *calices aurei.* 6

Ψ

Ψυκτὴρ, *refrigerator*, poteſt eſſe fœminini generis. 82

Ope-

Operum ab Auctore Præfationis editorum Index.

BIBLIOPOLA LECTORI.

Cùm à me ſæpiùs petant qui in Officinam meam veniunt, quos libros ediderit V. C. Joannes Clericus, *eorum indiculum hîc in eorum uſum ſubjiciendum curavi.*

Gallica Opera.

Entretiens ſur diverſes matieres de Théologie, *en* 1684. *in* 12. *la* 2 *partie, car la* 1. *eſt de feu Mr.* le Cene.
Sentimens ſur l'Hiſtoire Critique du V. T. de Mr. Simon, *in* 8. *en* 1685. *rimprimez en* 1711.
Défenſe des Sentimens *&c. in* 8. *en* 1686.
La Bibliotheque Univerſelle, *commencée en* 1685. *& continuée juſqu'en* 1690. in 12. *dont la plûpart eſt de lui.*
Dè l'Incredulité, *in* 8. *en* 1696.
Du Bonheur & du Malheur, en matiere de Loteries, *in* 8. *en* 1696.
La Bibliotheque Choiſie, *commencée en* 1702. *juſqu'à l'an* 1710. *dont il y a déja XXI Volumes.*
Le Nouveau Teſtament, avec des remarques, *in* 4. *en* 1702.
Parrhaſiana *en* 2. *Tomes in* 8. *en* 1701. *pour la* 2.*fois.*

Latina.

Opuſcula Philoſophica *in* 12. *vol. IV. primùm an.* 1690. *quartùm edita* an. 1710.
Pentateuchus Moſis, cum Paraphraſi & Commentario, *recuſus an.* 1710. *in fol.*
Libri Hiſtorici Vet. Teſtamenti, *an.* 1709. *in fol.*
Ars Critica, *in* 8. recuſa anno 1700. vol. III.
Compendium Hiſtoriæ, *an.* 1697. *recuſum Lipſiæ* an. 1708.
Henr. Hammondi Paraphraſis & Adnotationes in N. T. *cum additamentis, in fol. an.* 1697.
Harmonia Evangelica, *in fol.* 1699.
Quæſtiones Hieronymianæ, *in* 8. 1700.
Joan. Phereponi Animadverſiones in Auguſtinum, ad calcem Appendicis Auguſtinianæ, *in folio* 1701.
Heſiodus cum notis, *in* 8. 1701.

Notæ

CATALOGUS.

Notæ in Geographiam Sacram Nic. Samſonis, *in folio*, 1704.

—— in Onomaſticon Sacrum Euſebii & Hieronymi. *in fol.* 1707.

Pedo Abinovanus & Cornelius Severus, cum Paraphraſi & Notis. *in* 8. an. 1702.

Sulpicii Severi Opera, *in* 8. *an.* 1709. *quibus alterum Tomum addidit, cum notis.*

Titi Livii Hiſtoriæ, cum J. Freinshemii Supplementis, & notulis, *in* 8. *an.* 1710. *vol.* X.

Menandri & Philemonis Fragmenta, *in* 8. *an.* 1709.

Æſchinis Platonici Dialogi, cum verſione & notis. Item Silvæ Philologicæ Clerici, *in* 8. 1711.

Præfatio in Emendationes Menandri & Philemonis à Philargyrio, *in* 8. 1711.

Curavit edi

Dionyſ. Petavii Opera, *in fol. VI vol.* an. 1700 & 1703.

Patres Apoſtolicos in fol. 2. vol. *quibus addidit notulas, & Præfationes*, an. 1697.

FINIS.

Ad
1464573

Digitized by Google